Constituim⁹ etiam inppetuū/ ꝙ si dicti regens officium gubernatoris / iudices vel alij officiales contra premissa vel aliqđ premissoꝝ fecerint/aliquem interficiendo/extemādo vel aliā penā corporalē imponēdo/ vel capiēdo/ ⁊ se absentauerint. exilientur p iusticiā aragonū a tota dominatiōe nr̄a/et amittāt bona: de q̄bus satisfactio ante oīa damnū passo/vl'heredib⁹ ip̄ius. residuū in locis nr̄is / erario nr̄o applicetur: et in alijs locis. dn̄is eorum iurisdictionē ciuilē ⁊ criminalē in ip̄is locis exercētibus. Et si p̄dicti officiales talia comittētes capi potuerint per iudicē/vel damnū passum p filios/parentes/vel amicos eiusdē. capiātur: et puniat̄ per nos si in regno personaliter fuerim⁹ cōstituti: vel nobis a dicto regno absentib⁹ p iusticiaz aragonū/ penis cōtra tales sup̄ in eodē caplo appositis et statutis. Qđ si factū fuerit ciuile. illo casu sustineat penas sup̄ in eodē caplo contra tales institutas. Quibus etiā officialib⁹ nos vel successores nr̄i/ vel aliq̄s alius / nō possim⁹ vel possint facere remissionē vel asolutionem aliq̄uā etiam ad supplicationē partis vel alias predictis. Et si repertum fuerit tales officiales aliquā donationē suorū bonorū/vl' partis alicui fecisse / anteq̄ fecissent seu comisissent cōtra p̄dicta/ vl' etiā post: et dicti officiales ip̄soꝝ bonorum in solidum/ vel ex parte reperti fuerint possessores. talis donatio illo casu nō valeat/nec iurare possit donatarium ip̄am allegantem.

Quod in dubijs nō crassis regens officiū gubernationis et alij officiales teneātur cōsulere iusticiaz aragonum ex eodem titulo.

Item statuimus et ordinamus ꝙ in casu in quo dictis regenti officium gubernationis iudicibus/⁊ alijs officialib⁹/de foro/priuilegio / libertatibus/vsibus/⁊ consuetudinibus dicti regni/dubiū venerit/ ⁊ dixerint se ip̄os ignorare: dūtamen ignorātia crassa nō possit dici. eo casu dicti regens officiū: iudices ⁊ officiales supsedeāt/ ⁊ teneātur supsedere procedere in causa illa: et infra triduū teneat̄ consulere iusticiaz aragonū et mittere dubiū illud eidem. Qui iusticia īfra octo dies postquā dubium illud recepit/debeat et tenat̄ predictos regentē officiū gubernationis/ iudices / et alios officiales de dicto dubio certificare/et eisdē per suas litteras sup eo respondere/vel ante si facere potuerit. Et ꝙ etiaz id in speciali dict⁹ iusticia iuret et iurare teneatur illo casu quo p certificationē et responsionez dicti iusticie factā dictis regenti vices iudicibus/ ⁊ officialibus cōsultationi vel cōsultationibus facte vl' factis p ip̄os/ aparuerit dictos officiales dictaz causam habuisse dubitādi/tūc pars que visa fuerit impedire pcessum dicti gerentis vices gubernatoris iudiciū vel officialiū/soluat et teneatur soluere eisdez oēs expensas factas occasione p̄dicta. Et eodem mō soluāt dicti gerēs vices gubernatoris/iudices vel officiales expensas predictas parti que ip̄as fecerit in casu in quo p certificationē et respōsionem dicti iusticie / aparuerit dictos officiales/nō habuisse iustā causaz dubitandi. Pro q̄libet quarū certificationum ⁊ respōsionū per dictū iusticiā fa-

ciendarũ super pdictis/ volum⁹ q̄ notarius iusticie recipiat. xij. denarios et non vltra.

STatuimus ⁊ ordinam⁹ q̄ si dicti regens officium gubernationis/ iudices ⁊ alij officiales predicti/ in casu quo dicta dubia eis euenerit super predictis/ habuerint consulere iusticiam aragonum: et non supersedebũt procedere in dictis causis seu negocijs: ymo processerint in eisdem: vel infra triduũ non consultauerit iusticiaȝ aragonum prout dictũ est. vl' nõ expectata consultatione seu certificatiõe dicti iusticie in casu quo ipm cõsultauerit/ pcesserint in causis seu negocijs pdictis. vel habita certificatione ab ipo iusticia/ ipsam non seruauerint/ vel pcesserint contra certificationẽ dicte iusticie in toto vl' in parte. In dictis casib⁹ ⁊ quolibȝ ipoꝝ pdicti officiales ⁊ q̄libet ipsorũ puniãtur iuxta distinctionẽ positã sup. e. ti. c. ¶ Statuim⁹ etiã ⁊ ordinam⁹: ibi cum dicitur. ⁊ ratione pmissorũ mors exiliũ extrema membrorum ⁊c̄.

ITem statuimus et ordinamus q̄ predicte pene imposite contra predictos regentem officiũ gubernaciõis: iudices/ ⁊ alios officiales habeãt locũ ⁊ exequantur/ postq̄ per iusticiaȝ aragonũ fuerit pronunciatũ vel declaratũ aliqueȝ vel aliquos de pdictis officialibus fecisse vel omisisse facere aliquid de predictis/ que facere vel omittere tenebatur vt est dictum: qui iusticia cognoscat de pdictis breuiter summarie et de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij/ sola facti veritate attẽta: a pronũciatiõe vl' declaratiõe cuius iusticie in casibus supradictis/ per partes vl' aliquã ipsaꝝ non possit appellari: ⁊ vbi appellaret'/ dicte appellationi tanq̄ friuole nullatenus deferat': nec etiaȝ prosequi possit appellans: ymo dict⁹ iusticia protinus pnuntiationẽ vel declarationẽ per ipȝ factã sup predictis mãdet/ et executioi debiti demãdari faciat. Et nos vel aliquis alius nõ mandemus nec inhibeamus/ nec mãdare nec inhibere debeamus ipsi iusticie/ q̄ appellationem seu appellatiões sup predictis ab ipo interiectã seu interiectas det ad psequẽdũ/ nec supsedeat vl' desistat quominꝰ ipi⁹ pronũciationẽ vel declarationeȝ executioni demandet.

VOlum⁹ etiam et ordinamus q̄d in casu quo iusticia aragonuȝ de facto pcesserit/ vel mandauerit pcedi ad executionem realem contra forum/ priuilegia/ libertates/ vsus/ ⁊ consuetudines dicti regni/ contra personam vel personas/ seu bona alicui⁹: vel non certificauerit infra octo dies officialẽ consultantẽ postq̄ requisit⁹ fuerit sup dubio/ quid de foro/ priuilegijs/ libertatibus/ vsibus/ et cõsuetudinib⁹ dicte regni faciendũ existat/ ⁊ q̄d facere d'beat vt est dictum. vel si noluerit cognoscere de questione que mota fuerit cõtra iudices vel officiales/ vel aliquem ex eis/ contra quẽ fuerit propositũ processisse ad executionẽ realẽ contra psonam vel bona alicuius cõtra forũ/ priuilegia libertates/ vsus/ ⁊ consuetudines regni: vel nõ expectata certificatione dicti iusticie de facto processisse contra eã/ vel peccasse in aliquo predictorũ in supradictis articulis contentorũ ⁊ specificatorũ: vel si dictus iusticia obedierit carte contra forũ: vel recusauerit mãdare ad executionẽ duci sentenciã lataȝ per ipm contra aliquẽ iudicẽ seu officialeȝ scđm q̄ dictũ est: vel non cõpleuerit vel fecerit oĩa ⁊ singula supdicta/ que tenetur cõplere ⁊ facere/ scđm q̄ dictuȝ est/ q̄ in pdictis casibus et quolibet ipsorũ

in quo vel in quib⁹ dictus iusticia aragonũ fecerit vel ommiserit. si factũ erit criminale/ ꝛ mors/exiliũ/ extrema mẽbrorum/pena corpalis vł captio fuerit subsecuta: dictus iusticia aragonũ sustineat/ et penã similẽ habeat sustiere. Et si ratiõe dicti enantamẽti vel super sessionis aliq̃ de dictis penis non fuerit subsecuta: vel factum fuerit ciuile/ ꝛ ex hoc pars sustinuerit missiões et dãna. in quolibet dictorũ casuũ dict⁹ iusticia aragonũ teneaẗ parti dãnificati soluere missiones/et emẽdare damna in duplũ/ ꝛ pdat officiũ / ꝛ nunq̃ illud nec aliud officium possit habere: nec possit esse de domo/nec de mercede nr̃a. Que pene imposite cõtra dictũ iusticiã aragonũ habeãt locũ/et ducãtur ad executionem / quotiẽs per curiã generalem fuerit pronũciatũ vel declaratuz super eo. Quam curiã dictus dñs rex teneatur facere de biennio in bienniuz scd̃m q̃ per forum extitit ordinatum.

Qd̃ domin⁹ rex teneaẗ duos

milites et duos iurisperitos secũ ducere/cum quibus negocia aragonũ expediantur. Ex eodem titulo.

CUm secundũ forũ antiquuz aragonum/vnius iudex aragonum qui forum aragonuz sciat continue curiam dñi regis sequi debeat ex causa in ipõ foro declarata. Attñ nos rex predictus/ad hoc vt fori/priuilegia/libertates/vsus/ et consuetudines dicti regni aragonũ: tã in hac cõpilatiõe cõtenti/ q̃ alij fori/per nos ꝛ consiliũ nr̃m melius obseruentur et possint obseruari. Per nos et successores nr̃os imperpetuũ duximus statuendũ/q̃ vltra dictũ iudicẽ aragonũ ducemus/ꝛ teneamur ducere in curia nr̃a in cõsılarios/ duos milites: necnon ꝛ duos iurisperitos/ q̃ sciãt foros/p̃uilegia/libertates / vsus/ et cõsuetudines dicti regni: cũ consilio quorũ qui in curia p̃sentes erũt expediemus ꝛ faciem⁹ experdiri oĩa ꝛ singula negocia dicti regni / concernẽtia iusticiam/que ad curiã nr̃am venerit/ et expediri habebũt. Quib⁹ cõsiliarijs nos mandam⁹ et mãdabimus cõplere ꝛ cũ effectu satisfieri de suis quitationib⁹ in tercijs/ꝛ ĩ qualibet earũ in quib⁹ albarana quitacionũ et vestiũ consueuerũt ĩ curia dari: et eisdẽ in pmis satisfaciat et q̃ hoc thesaurari⁹ nr̃ qui est et q̇ pro tẽpore fuerit id iuret ꝛ iurare teneaẗ.

Quod priuilegiũ generale et

declaratio ipi⁹ sint fori: et pro foris habeantur ꝛ obseruentur.

STatuimus qd̃ priuilegium generale aragonum / per dñm regem Petrũ abauũ nostrũ: ꝛ declaratio dñi regis Jacobi aui nr̃i facta super ipso: ꝛ omnia et singula in dictis priuilegio ꝛ declaratione contenta sint in aragoñ fori: ꝛ pro foris aragonũ habeatur: ꝛ ab omnib⁹ ꝛ singulis subditis nr̃is necnõ iudicib⁹: ꝛ officialibus dicti regni in iudicijs ꝛ extra pro foris custodiantur et obseruentur. Per hoc tñ non intendimus derogare nobilibus et alijs regni aragonũ habentibus loca in regno valencie/nec vasallis locorũ ipsorum/qui vsi fuerũ et sunt dictis priuilegio et declaratiõe ac foro aragonũ / quin vtanẗ put vsi fuerũt de eisdẽ: ymo volum⁹ q̃ ipis p̃uilegio et declaratiõe ac foro aragonũ vtantur in dicto regno valẽcie p ut hactenus vsi sunt et vti cõsueuerũt.

De supraiunctarijs.

CUm supraiunctarij regulariter cognitionem causarum non habeant nec habere possint: cuz meri exe-

cutores existant. Statuim⁹ qδ ṗtextu aliquarū lraꝝ/ nr̄arū in vim comissionis vel alias/ eisdē directarū/ siue in factis xp̄ianorū siue iudeorū habētiū q̄stiones cū xp̄ianis/ vel alijs q̇buscūq3/ iurisdictionē aliq3 siue cognitōez nō exerceāt nec sibi assumāt. Qδ si fecerit q̇cquid actitatū corā eisdē fuerit / vel per eosdē cognitū/ virib⁹ careat ⁊ ꝯefectu.

STatuimus ꝙ supraiuntari quādocūq3 plures executiones in vno loco/ vel in pluribus locis circūuicinis/ ad instanciam vni⁹ vel plurium creditoruz facere habuerint: et ratione illorū debitorū litteras ad eorū nūcios dirigere habuerint/ ꝙ de oībus ip̄is debitis pro q̇bus dictā executionē facere mandauerint / fieri faciāt vnā litteraz tantū/ ⁊ nō plures: ꝑ qua sup̄iunctarij vel eoꝝ notarij recipiāt octo denarios ⁊ non vltra: ⁊ pro quibuscūq3 executionibus q̄s in vna die facere potuerint/ solū recipiant. xviij. denarios ꝑ equite: et. ix. denarios pro pedite / scd̄m qδ in foro cōtinetur antiquo / qui soluantur per oēs creditores ad quorū instātiam dicte executiones facte fuerint.

COnstituit domin⁹ rex ꝙ sup̄iunctarij quascunq3 bestias seu greges pro vno debito pignorauerint / qδ pro capleuta ip̄aruz a quatuor animalibus infra dicti sup̄iunctarij et eorum notarij solū recipiant q̄tuor denarios. Et a quatuor animalib⁹ sup̄ / recipiāt tantū. xij. denarios et non vltra. Et ꝙ sup̄iunctarij vel eorū locūtenētes ⁊ homies officij/ recipiant salariū a foro statutū ꝑ diebus q̇bus extra domum suā fuerint pro executiōe facienda: ⁊ non ꝑ alijs dieb⁹/ q̇b⁹ i domo sua remāserint.

STatuit dominus rex ꝙ si suprajunctarij ad instantiam creditoris pignauerint debitorem: et debitor conuenerit cum creditore super reddítione pignorum: ⁊ voluerit creditor/ ꝙ pignora restituant debitori. Supraiūctarij absq3 aliquibus literis ipsorū id facere teneant. Veruntamē si supraiūctarij ad cautelam ipsorū voluerint ꝙ id in libris suis scribatur. ip̄i et eoꝝ notarij recipiant pro ipsa scriptura duos denarios tantum/ ⁊ non vltra.

De regentibus officiū gubernationis/ vt non possint aliū regentez ipsum officiū facere.

STatuimus qδ regens officium gubernationis aliū vel alios sub se regentem vel regentes dictuz officiū nō possint facere surrogare vl' habere. Quod si contra factū fuerit quicquid per illum surrogatum factum vel processum fuerit / prorsus viribus careat et effectu.

DE voluntate curie ordinamus ꝙ regens officiū gubernationis nō recipiat nec recipe possit cenas in villis ⁊ locis regni aragonū: cum ip̄e cene gubernatori cōsueuerint dari duntaxat: et regens officiū predictū content⁹ esse debeat salario eidez pro regimine dicti officij assignato vel assignando.

CUm sepe assessor regentis officium gubernationis aragonum/ ip̄o regente absente a loco vbi cause vl' alia mituntur tractari/ conparíciones/ acta/ et alia faciat scribi/ ac si ip̄e regēs officium predictum esse pressens: dicēdo coram tali regente officiū gubernaionis conparuit talis ⁊c: cū re vera ipse regens officium supradictū non sit ibi personaliter cōstitutus: qδ racionabiliter neq̄q̄ fieri. Jccirco statuimus ꝙ de cetero talia non fiant. Et vbi dictus regens officium gubernatoris ibi personaliter p̄sens non fuerit quicquid actū

fuerit per eum/nullius penitus sit momenti.

Quia secundũ vsum et consuetudinem regni aragonum iudices ordinarij salaria aliqua a partibus nõ possunt nec debent accipere ratiõe causarum que coram eis ventilãtur: Uerũtamen regens officium gubernatoris/ et aliqui alij iudices ordinarij et officiales/cum aliq̃ causa ardua/tã principalis q̃ appellatiõis ducitur corã eis/ in fraudẽ dicti vsus et cõsuetudinis/ad hoc vt salariũ a ptibus exigere possint/ oraculo viue vocis et alias faciunt fieri cõmissiones assessori vł alijs curie ipsorum/ qui recipiunt salaria a partibus ratiõe dictarũ causarũ/qua ratiõe gentes receperũt et recipiũt magna dãna. Jccirco statuim⁹ q̃ deinceps tales vel similes cõmissiones p p̃dictos nõ fiãt. Qđ si contrariũ factum fuerit/q̃cquid actitatũ vel processum extiterit vigore taliũ comissionũ/nulli⁹ valoris existat

Statuimus et ordinamus qđ ad hoc vt gentes regni aragonum propter presentiam regentis officium gubernatoris a comittendis maleficijs arceantur/ q̃ regens dictum officium teneatur ire psonaliter per totũ regnũ aragonum. Adijcimus insup q̃ regẽs officiuz gubernatoris causas inceptas corã ordinarijs ciuitatũ/villarũ/ et locorũ habentiũ priuilegia/q̃ iudices ordinarij ipsarũ et ipsorũ habeãt cognoscere de causis vicinorũ eorũdem/ad se non aduocẽt: nec etiã ab alijs locis priuilegia similia nõ habẽtibus nisi cause essent criminum ⁊ excessuũ valde enormium: ⁊ eo casu cũ contigerit dictuz regẽtem officiuz recedere a loco vbi tales cause vẽtilabunť/teneať remittere ⁊ remittat ptes cũ pcessib⁹ ad ordinarios ipsorum locorũ q̃ de eisdez cognoscant.

Ut debitus honor nobis seruetur: et vt lites et cause sine suspitione procedant ⁊ terminentur statuim⁹/ q̃ cum a sentencijs ⁊ pronũciacionib⁹ per regentem officiũ gubernatoris/vel a iudicibus ab eodem delegatis/ latis ⁊ factis/ad nos contigerit appellari/q̃ dictus regens officiũ de eisdez appellationibus cõmittendo ipsas vel alias/ intromittere se non valeat nec iudicez aliquez assignare sup eisdẽ. Qđ si sec⁹ factũ fuerit/q̃cquid secutũ fuerit/careat prorsus viribus et effectu.

Statuimus et ordinamus qđ regens officium gubernatiõis/iudices et alij officiales regni aragonuz/ seu notarij ipoꝝ non recipiant ab vniuersitate/vel ab aliquo alio cui litteraz concesserit/pro littera ipoꝝ sigillata/ nisi .xij. denarios iaccenses tantũ: nisi in ipa lrã fuerit iserta aliq̃ littera regalis vel alia/in quo casu recipiat duos .ß. et non vltra. Exceptis tamen locis in quibus minus recipere consueuerunt/ in quib⁹ recipiatur solum pro littera sigillata id quod antea fuerãt recipe cõsueti Et etiã pro claudẽdo pcessum in curijs vel locis vbi aliq̃d pro clausura ipsi⁹ recipi cõsueuit/recipiantur sex denarij tantũ/et non vltra. Et in alijs locis in quib⁹ pro clausura processus nõ consueuerũt recipe aliquid/aliquid recipere minime teneautur.

De tenentibus locũ iudicum ⁊ assessorum eorundem.

Item statuimus et ordinamus q̃ aliquis iudex ordinarius non habeat/nec habere possit nisi vnum locũtenentem vel assessorez: ⁊ q̃ ille tenens locuz vel assessor non possit aduocare/ nec patrocinium prestare in aliq̃ causa corã iudice cui⁹ locũtenens vel assessor

existit. Quod si dictus tenens locum vel assessor contrariũ fecerit/ aduocatiõis officio ꝑpetuo sit priuatus.

De interrogatiõe prohibita.

Quia interrogationes in aragonia contra christianos sunt prohibite: et regulariter nõ fiunt nec fieri debent contra ipos: nisi in casu in quo aliquis homo diffamatus/ flagrante maleficio in voce appellati capt⁹ fuerit Ordinamus ꝙ deinceps tales interrogationes per nos vel alios iudices vel officiales dicti regni/ non fiant contra xp̃ianos: nisi contra diffamatos/ ⁊ flagrante maleficio in vocẽ appelliti captos: que flagrancia: arbitrio boni iudicis relinquatur.

De liberationib⁹ ⁊ absolutionibus tutorib⁹ per minores faciẽdis.

Ad remouendas fraudes et deceptiones que frequenter per tutores pupillis quorum fuerunt tutores fiunt ⁊ fieri consueuerunt. Statuimus et ordinamus/ ꝙ de cetero pupilli qui tutores habuerint ⁊ si quatuordecimũ annũ etatis sue cõpleuerint/ tutoribus q̃ tutelã ipsorũ gesserũt/ et bona ipoꝝ administrarũt/ non possint facere q̃tationẽ/ liberationẽ/ nec absolutionem/ nec aliquẽ aliũ ꝯtractũ ꝑ quẽ qui tutores fuerũt/ possint se tueri/ quousqꝫ dicti pupilli vicesimũ annũ sue etatis cõpleuerint. Uerũtñ dicti pupilli postꝙ quatuordecimũ annũ sue etatis attigerint/ de cõsilio duorũ bonorũ et legaliũ parẽtum ⁊ ꝓximorũ pupilli/ ex ꝑte illa vnde bona descendũt/ ⁊ cũ auctoritate iudicis id facere ⁊ non alias possint.

Quod cõtra xp̃ianos ⁊ bona ipsorum executio vel captio non possit fieri ad instantiã iudeorũ/ dieb⁹ quib⁹ nequit fieri contra ipsos.

Cum iudei ratione priuilegij vel alias/ se excusent facere directum conquerentibus: et etiaꝫ asserat executionẽ aliquam non posse fieri/ contra ipos nec bona ipsoꝝ/ nec etiã capi/ nec captos detineri a die veneris hora tertia/ vsqꝫ ad diẽ lune sequẽtẽ cuiuslibet septimane. Ueruntñ ipi nitunt̃ dictis diebus cõsequi directũ a xp̃ianis ⁊ executiões fieri facere contra ipos ⁊ bona ipsorũ/ ⁊ eos capi facere et captos detineri. Et cũ in iudicijs eq̃litas sit seruãda: et xp̃ianis nõ minor fauor ꝙ iudeis debeatur. Iccirco statuim⁹ qd in illis diebus in q̃bus talia non fiunt cõtra iudeos/ nec xp̃iani teneãtur complere directum iudeis: nec possit fieri executio contra ipos nec bona ipsorũ: nec etiam possint capi/ nec capi detineri ad instãtiam vel querelam iudeorum.

De assignatarijs et iniuriatis ꝑ ꝓdecessores dñi regis/ vt de redditibus aragonũ ad id deputatis in ipso regno satisfiat.

Attendẽtes qd magna pars redditũum nostroruꝫ q̃ sunt in aragonia/ fuerunt deputati et assignati executionibus vltimarũ voluntatũ dñoꝝ regum Jacobi et Alfonsi aui et patris nostri. Iccirco statuim⁹ ⁊ ordinam⁹/ ꝙ de cetero dicti redditus distribuantur in aragoñ assignatarijs ⁊ iniuriatis aragonum per homines aragonũ/ quos nos ad id deputauerim⁹: ad hoc vt dicti assignatarij ⁊ iniuriati/ laboribus et expensis non vexentur.

Ut administratores aragonum officiorũ domini regis rationem reddere teneantur: et in quo loco registra regni aragñ debeat remanere.

Statuimus/ et ordinamus q de administrationibus que fient p officiales nros in aragonia/reddat cōpotū seu ratio in regno aragonū. Itē q registra nostra factorū & negotiorū regni aragonū/sint et remaneāt in regno aragonuz in certo loco in ciuitate cesarauguste p nos deputādo.

De prohibitione calcis gessi: seu salis ne in vuis vino & vasis ponat.

Cum ratione calcis/gessi/ vel salis: qd in vuis/vino/ torcularib9 tinis/ dolijs et alijs vasis vinarijs immittitur/gentes magnū dānum patiātur. Iccirco nos rex predictus volētes predictis sicut decet de remedio cōdecēti prouidere. Statuim9 q deiceps calx gessuz/seu sal in vuis vino/torcularib9 tinis dolijs: et alijs vasis in quib9 vue vel vinuz immittit: nō ponatur mō aliquo in regno nro. Quod qui cōtrafecerit vinū effundat vasa cōburant: & vltra in .lx. ß. de calonia cōdēnetur. Cui9 pene medietas in locis nris nro erario applicet: et in alijs locis dnis eorūdē et reliqua medietas sit accusātis

De eleuatione corporū interfectorum vel alias mortuorū.

Quia merini vel alij officiales frequenter qn aliq cadūt de arboribus vel edificijs: vel inueniūt aliquos paupes vel alios mortuos in vijs / vel suffocatos in aq/vel alias ex vulnerib9 interfectos/nolūt leuare nec cōcedere: licētiā leuādi ad sepelliēdū corpa taliū quousq eis fuerit data aliqua pecunie qtitas/et etiā secū portāt seu portare/ faciūt vestes taliū mortuorū seu interfectorū. Statuimus q deinceps merini vel alij officiales / rōne eleuationis vel dādi licentiā eleuādi corpa taliū ad sepelliendum nil exigāt seu recipāt nec vestes recipiant: sed id faciāt libere abs q precio vel remuneratione aliquali: cum contenti esse debeāt salario quod ratione officij eis prestatur.

Ut iudices aragonum iudicent et audiant causas/et relationes faciant et non alij.

Cum scdm priuilegiū generale regni aragon. iudices q iudicant & audiunt causas/ debeāt esse de aragone: et aliq qui nō sunt de dicto regno cōtra dictū priuilegiū conētur iudicare & audire causas in dicto regno: necnō et relationes facere de eisdē. Iccirco statuimus q āmodo id non fiat : nec fieri possit: ymo illud de cetero phibem9. et si contra factum fuerit/ prorsus virib9: careat et effectu.

Ut per cōparitionē vel per processuz pricipalis in causa absq protestatiōe procuratores sui non censeantur reuocati.

Sepe cōtingit q principalis /cōparēs in iudicio nulla facta ptestatione: q p suā cōpitionē : nō intēdit suos reuocare pcuratores cū re vera nō intēdat reuocare eosdē: dictā ptestationē ex quadā simplicitate vel obliuione cōmittēdo: ex hoc pcessus mltos anullari cōtingat. Ideo statuim9 q de cetero p cōparitionē & enātamētū pncipalis factā & factū in iudicio pcuratores reuocari nō cēseant etiā si dicta ptestatio p principalē fcā nō fuerit ymo p cessus & actitata p talē procuratorē valeāt & remaneāt i sui roboris firmitate.

De vsuris.

Attendentes q vbi inceptum est iudiciū/ibi finem accipere debet et sepe contingat q tam laici q clerici:

cōueniant laicos corā iudicibus secularibus sup diuersis causis/ q̄bus corā ipsis secularib⁹ iudicib⁹ pēdentibus/ vel per sentētiā eorūdē finitis/ cōuenti conanť adire officialē vł alios iudices ecclesiasticos ⁊ īpetrare lr̄as inhibitorias aut alias ab eisdē ad dictos iudices seculares asserētes vsuras in factis dictarū causarū interuenisse: ⁊ sic impediūt iurisdictionē dictorū iudicū seculariuꝫ qđ cernit in diminutionē iurisdictiōis nr̄e: ⁊ dānū maximū partiū predictarū et ex hoc lites ex litib⁹ oriunť qđ est vitandū. Jccirco statuim⁹ ꝙ si aliq̄s cōuētus corā dictis iudicib⁹ secularibus lr̄as p̄dictas a dictis iudicib⁹ eccl'iasticis īpetrauerit: ⁊ easdē ipsis iudicib⁹ secularib⁹ p̄sentauerit sup causis p̄dictis inceptis corā eisdē secularib⁹ iudicibus vel p eosdē seculares iudices sopitis: cū ip̄as vsuras possit vel potuerit corā ipsis secularib⁹ iudicibus allegare vel allegasse: talis īpetrator cadat a causa. et si sentētia lata fuerit cōtra ip̄m vigore dictarū lr̄arū executio nō impediatur: ymo executioni debite demādeť: ⁊ satisfaciat parti sumptus oēs ⁊ dāna q̄ fecerit ⁊ sustinuerit hac de causa.

STatuimus et ordinamus imp̄petum/ ꝙ instrumentuꝫ seu prouisio super vsuris iudeorum facta per dominū regem Jacobuꝫ bone memorie. Datum gerunde quinto kal'. marcij / era millesimaducentesimaseptuagesimanona: et constitutio domini regis Jacobi aui nostri memorie recolēde. Datum Osce kal'. iulij / anno dn̄i. M.cccvij. necnō ⁊ alij fori de vsuris loquentes seruentur in omnibus ⁊ p oīa prout in eisdē contineť: quibusuis priuilegijs vel concessionibus p predecessores nostros/ et nos in cōtrariū cōcessis obstantibus nullo modo.

¶ Ut pedagia: pontagia portatica: et alie exactiones a priuilegiatis non exigantur.

CUm prelati/ barones/ mesnadarij/ milites/ ciues/ ⁊ homines aliquarum villarum sint liberi et franchi cū mercibus et rebus suis ab omni prestatione lezde pedagij exactiōis ⁊ similiū p loca oīa dominatiōis nr̄e/ taꝫ per terrā q̄ꝫ p mare: et aliq̄ officiales nr̄i cōtra p̄dicta conenť extorq̄re et leuare pedagiū/ portaticū/ pōtagiū/ ⁊ alias cōsimiles exactiones ab aliq̄bus tēporibus citra a predictis: et ab hoībus locorū p̄dictorū. Jdeo statuim⁹ ⁊ ppetuo ordinam⁹ ꝙ aliq̄s officialis aut subdit⁹ nr̄ talia pedagia/ portatica: pōtagia ⁊ exactiones aliquas a predictis priuilegiatis intra dominationē nr̄am decetero: exigere vel leuare nō presumat: sub pena nostre gratie et mercedis.

¶ De forma diffidamenti.

CUia a foro antiquo diffidandi/ certa forma fuit introducta: ⁊ aliqui vagabundi/ extranei / albarrani/ ignoti/ ⁊ alij vexationis causa: et vt inde habere possint redemptiones a diffidato/ cuꝫ litteris priuatis et alias diffidare conentur: faciendo eas poni ad ianuas domorū illius quem diffidare intendunt/ aut alias in locis publicis vel alijs. et quandoqꝫ diffident presentibus notario et duobus testibus/ qui notarius non cognoscit diffidatorem: propter que magna damna ⁊ pericula veniunt inter subditos nostros. Jccirco statuimus et ordinamus ꝙ de cetero nullus audeat vel presumat aliqueꝫ diffidare: nisi seruata forma fori antiq̄ et presentibus notario/ et tribus testibus scđm forū et cōsimilibus: q̄ notari⁹

cognoscat diffidantē et diffidatū/ ⁊ testes. ꝙ si secus factū fuerit/ diffidatio/ nō teneat nec valeat: et procedatᷣ cōtra tales diffidātes vt cōtra trāsgressores/ carte pacis: ⁊ nihilominꝰ teneatᷣ reficere expēsas ⁊ dāna emēdare q̄ talitᷣ diffidatꝰ fecerit vl' sustinuerit rōne p̄dicta. Et insup̄ notariꝰ cōtra p̄dicta faciēs ꝑpetuo tabellionatꝰ officio sit p̄uatus.

De tabellionibus.

STatuimus et ordinamus ꝙ oēs notarij regni aragonum/ postq̄ꝙ receperint instrumēta in prothocollis seu capibreuibus suis teneantur infra sex mēses in suo registro propria manu complete ⁊ integre ea ponere seu scribere ꝑ lr̄as/ et nō per abbreuiaturas vel signorū obscuritates. Alias notarius q̄ contra predicta vel aliquod predictorū fecerit/ officio notarie seu tabellionatꝰ perpetuo sit priuatus.

Quod de cetero officium baiulie generalis sit in regno aragonū vt antea consueuit.

ATtendentes ꝙ secunduȝ forum vsum et consuetudinem regni aragonum vsitatum fuerit esse officiuȝ baiulie generalis in ip̄o regno: ⁊ a pauco tempore citra nos loco officij baiulie predicte fecerimus et constituerimꝰ in ipso regno diuersos procuratores generales. Jccirco statuimus per nos et successores nostros/ ꝙ decetero dicti ꝓcuratores sint amoti et reuocati/ et amodo nunq̄ꝙ fiant. Sed dictum officiū baiulie generalis deinceps sit in dicto regno: pro vt antea dictum officiū esse consueuit.

De adeuantagijs quas vxore premortua vel ipsa superstite: vir aut ei us successores habere debent.

CVm per forum antiquum mortuo viro/ superstite vxore ipsa in diuisione quam facere habebat multa recipiebat ante partem: et vir superuiuens eidem/ pauca: et post per forū alium fuerit statutum/ ꝙ vir in diuisione bonorū ipso superuiuēte aliqua alia vltra cōtenta in dicto foro antiquo deberet reccipere ante partē: vt in foro de rebus q̄s mortua vxore vir debet recipere ante partē. c. i. continetᷣ. Ueruntamen inspectis adeuātagijs que vxor tēpore diuisionis ante partē recipiebat et recipere consueuit scd̄m foros/ ea que viro superstiti cōcessa fuerat ante partē modica censebātur et censentur/ signāter attēto labore quē vir sustinet in bonis mobilibus acquirēdis et alias. Jccircō moti ex predictis et alijs: ⁊ de voluntate totius curie statuimus/ ꝙ de cetero si vir superuixerit vxori/ in diuisione bonorum mobilium quā facere habuerit cum filijs heredibus vel consanguineis vxoris/ recipiat vir antē parteȝ vltra per foros ante editos ei concessa/ libros cuiuscunq̄ȝ scientie sint/ equos: roncinos/ ⁊ omnia animalia de caualgar: et omnia arma corporū et equitum: et omnia alia arma quecūq̄ȝ et cuiuscūq̄ȝ generis et materie existāt. Et insuper statuimus et ordinamus/ ꝙ si vxor superuixerit viro: etiam illo casu ip̄a vxor superstes/ heredes vel consanguinei ipsius/ in diuisione quam facere habuerint cum filijs heredibus vel cōsanguineis dicti viri premortui: nichil in predictis que vir debebat accipere ante ꝑtem si superuiueret/ vt est dictum/ consequatur. Excepta mula de caualgar vxori superstiti in foro ingenua cōcessa Sed omnia predicta alia ⁊ singula integre sint et remaneant peneȝ filios heredes et consanguineos dicti viri. Jta

q̄ in predictis vxor excepta dicta mula in casu in quo dict⁹ forus ingenua loq̄tur/filij heredes vel cōsanguinei ipsius nichil possint cōsequi vel habere in eisdē:ymo vir in vita sua possit ordinare de p̄dictis pro suo libito volūtatis. Et vbi nō ordinauerit/p̄dicta remaneāt ⁊ volumus remanere heredib⁹ vel successoribus viri ab intestato. Excepta mula d̄ caualgar in casu in quo for⁹ p̄dict⁹ ingenua loq̄tur vt superi⁹ est p̄missuz.

Incipiunt fori editi per dominum regē Petrū predictū:in secunda curia quam aragoneñ. celebrauit in ciuitate Cesarauguste.

Nos petrus dei grā rex aragonū/valēcie/maioricarū Sardinie/et corsice: comesq̄ barchñ:rossillionis et ceritanie. Inter ceteras sollicitudines q̄bus anim⁹ noster ad diuersa protrahit̄ frequēter ad statū regni nr̄i aragonuz vertim⁹ regie cōsiderationis intuitum multiplexq̄ ratio nos inuitat:vt ad ipsum regnū specialis affectionis animū habeam⁹:nā dū p̄mo geniture ⁊ generalis p̄curationis titulo fungebamur apud illud multa tp̄a etatis nr̄e p̄currimus:et in eo fauēte dn̄o cū ingēti incolarū regni eiusdē desiderio habuim⁹ p̄gressum ad apicē regie dignitatis: ob q̄d in mēte nr̄a frequēter gerim⁹:vt regnū ip̄m in oīb⁹ p̄spere dirigat̄. prosequētes igitur p̄decessoꝝ nr̄orū vestigia qui pro reformatione felicis status regni ip̄ius subditos suos intra id regnū cōmorātes ad generales curias sepius euocarūt/vt i eis foros si qui essent inutiles resecarent: nō bene factos corrigerēt:imp̄fectos supplerent: obscuros dilucidarēt:⁊ etiā de nouo alios si oporteret per sapiētiā inuenirēt:p̄ quos dictū regnum salubriter regeretur / fecimus de p̄latis:baronib⁹:mesnadarijs:militibus:⁊ p̄curatoribus ciuitatū villarū ⁊ aliorū locorū dicti regni:apud ciuitatē cesarauguste / medio mēsis marcij anno dn̄i. M.ccc.xlviij. generalē curiā cōgregari:⁊ de cōsilio et volūtate oīm prelatorū atq̄ baronū ⁊ aliorū supra noīatorū foros/ordinationes atq̄ statuta/edidim⁹ inferi⁹ ānotatas ⁊ ānotata:q̄ de nr̄o speciali mādato p̄ dilectū cōsiliariū nostrū. Joānez luppi de sesse: iusticiā aragonū de vulgari sermone in latinu cōuersa: ⁊ sub nūero libri decimi collocata/in p̄dicto regno ⁊ singulis locis eiusdē pro felici gubernatione ipsius in bemus ⁊ volumus in curijs ⁊ extra per petuis tēporib⁹ inuiolabiliter obseruari iuxta eorū cōuenientias.

De tabellionibus.

Licet nos petrus dei grā rex aragonum predictus in precedēti curia/quam in ciuitate cesarauguste celebrauimus:vt in foris p̄cedētib⁹ cōtinetur/ordinauerimus q̄ oēs notarij regni aragoñ. postq̄ receperint instrumēta:teneant̄ ea in prothocollis seu capibreuib⁹ suis infra sex mēses propria manu complete ⁊ integre reponere seu scribere p̄ lr̄as ⁊ nō per abbreuiaturas vel signorū obscuritates. Quia tn̄ nūc per prelatos/barones/mesnadarios: milites:⁊ procuratores ciuitatū/villaruz ⁊ villariorū regni aragonū in dicta curia cōgregatos nobis extitit demōstratū/ q̄ ex ordinatione dicti fori prouenit notarijs labor maxim⁹ ⁊ immoderat⁹: ac gētibus dispēdiū nō modicū : cū habere nequeāt a notarijs instrumēta sic celerit̄ vt deberēt. Propterea ad supplicationē omniū predictorū ordinamus et etiam statuimus q̄ notarijs supra

dictis ordinātibus in prothocollis seu registris suis cōtractū vnū certi generis vel speciei/possint reliquos contract⁹: cōsimiles vel q̄si scribere ⁊ registrare cū abbreuiaturis: seruato tn̄ q̄ substācia cōtract⁹ aliqualit̄ nō mutetur. Et si forte in aliquo p̄dictorū cōtractuū vel consimiliū substācia facti mutabit̄: teneatur notari⁹ totā illā substācie mutationē registrare: et residuū cōtract⁹ possit abbreuiare in prothocollo inq̄tuȝ sibi cōsimile videat̄. Ita tamen q̄ hoc fiat infra tēpus in dicto foro: vt premittit̄ declaratum. In alijs vero dictus forus plenarie obseruetur

Item statuimus ⁊ etiā ordinam⁹ q̄ si incōtinēti quādo notari⁹ cōtractum legerit ⁊ fecerit inde testes ille ex cōtrahētibus quē tāgit cōtractus ⁊ cui cōuenit/nō dabit cōfrōtationes rei vel rerū in dicto cōtractu cōtentarū vel kalendariū alicui⁹ instr̄i de quo in dicto cōtractu mentio habeatur/ostendat illud/vt notarius possit inde recipere quod conuenit. talis nota et talis contractus valorem aliquem non obtineat in iudicio: nec extra. Et hoc seruetur in cōtractibus faciēdis.

Nos etiā rex predictus seruare volētes preceptū diuinū quod cōtinet vt nouis aduenientib⁹ vetera abijcere teneamur. propterea scripturis publicis in dicto regno aragonū amodo cōficiēdis numer̄ ere: ⁊ appositionē ipsius et ip̄aȝ erā a profano impatore cesare ante aduētū dn̄i nr̄i Iesu xp̄i cōstitutā: q̄ in dictis statutis cōsueuit opponi/abijciendā prouidim⁹ ⁊ cassandā: ⁊ de volūtate toti⁹ curie supradicte ordinam⁹ ⁊ etiā statuim⁹ firmit̄ iniūgētes q̄ amodo oēs notarij in cōtractibus p̄cessibus: ⁊ scripturis publicis in curijs ⁊ extra cōficiēdis: loco ipsius ere: annū natiuitatis dn̄i apponere teneantur vt de tēpore cōfectionis earū in futurum nulla dubitatio oriatur. Quod teneātur dicti notarij inuiolabiter obseruare sub pena nostro arbitrio infligenda delinquentibus in predictis.

De rebus siue adeuantagijs quas vir et eius heredes debent recipere ante partem

Nos etiam rex predictus/recolētes in curia antecedēti/de qua in foro prescriptio fecimus mentioneȝ statutū fecimus de volūtate totius curie q̄ extūc si vir supuiueret vxori idem vir in diuisione bonorū mobiliū quam facere habuerit cū filijs heredibus vel cōsanguineis vxoris/recipiat ante partē/vltra cōcessa ei p̄ foros antea editos libros cuiuscūq̄ sciētie sint equos/rōcinos/et oīa animalia de caualgar ⁊ oīa arma corporū et equitū: et oīa alia arma quecūq̄ ⁊ cuiuscūq̄ generis ⁊ materie existerent: vt in foro inde confecto hec ⁊ alia plenius cōtinent̄. Et nūc per curiā supradictā expositū fuerit coram nobis curiā celebrātibus q̄ cū in dicto foro sup̄ indumētis seu vestibus viroꝝ et sup̄ harnesijs p̄sonarū ⁊ sup̄ harnesijs equitū prouisuȝ aliqualiter non existat: dignaremur supplementū de predictis defectionibus facere dicto foro. Iccirco ad supplicationē oīm p̄dictorū addim⁹ ⁊ supplemus foro p̄dicto: et etiā ad ambiguitatē oēm penit⁹ āmouendā: de volūtate totius curie facim⁹ forū nouū: q̄ in diuisionib⁹ faciēdis inter virū ⁊ filios heredes aut consanguineos: vl̄ p̄sonas alias quascūq̄ vxoris defuncte vel int̄ heredes ⁊ successores ⁊ alias p̄sonas q̄scunq̄ viri defuncti: et vxorē ip̄ius sup̄stitē/vltra res p̄dictas in dicto foro declaratas: idē vir vel filij

Era

aut successores ipsius recipiāt ante partem suas vestes seu indumenta / et arnesia psone sue/ ꝛ equitū quas habuerit/ absq꜄ cōtradictione aliq̄ illorū cū q̄bus diuidere habuerit dicta bona. Ceteris tñ in dicto foro cōtentis in suo robore permanētibus ꝛ valore.

¶ Ut victus victori in expensis condemnetur.

CUm plures vt audiuimus trahāt aliquos indebite ad iudiciū: atq꜄ vexent eosdem laboribus et expensis: vt ab eis indebite fatigatis extorsiones possint recipere / et habere. Ideo huic morbo medelā congruā adhibentes/ de volūtate totius curie/ nos rex p̄dictus statuimus ꝛ etiā ordinamꝰ / ꝙ amodo si aliq̄s ducet causaꝫ iniuste cōtra aliū in hoc casu victꝰ victori in expēsis legittimis cōdēnetᷣ. Nisi iustā causam vel rationē habuerit litigandi.

¶ De adulterio et stupro.

CUm in subscriptis criminibus de foro vt audiuimus prouisum plenarie non existat. Volentes propterea penam apponere contra illos qui talia crimina cōmittere non verentur. Ad supplicationē totius curie supradicte statuimus ac etiā ordinamus/ ꝙ si aliqui seruientes vel mercennarij infra tempus per quod seruire debeant dñis suis/ dedecorando eorum dños atq꜄ domos accessuꝫ carnalē habuerit cū filia vel sorore aut nepte siue consanguinea dñorū suorū vel alterꝰ eorū ꝓbato p̄mitus legitime crimīe supradicto tales criminosi iudicenᷣ vt proditores: ꝛ fiat de eis iusticia corꝑalis talitᷣ ꝙ morianᷣ. et ꝙ pro crimine huiusmodi possint accusari ꝑ dños eorūdē cū quibus māserint vel manebūt vel eorūdē alterū/ vel per patrē aut matrē/ siue cōsanguineos p̄dictarum feminarū. Si vero aliquis seruiens cū ancilla dñi vel dñe suorū durāte tēpore seruicij cōcubuerit. ambo ipsi probato crimine açotentur/ prout criminosi alij açotantur

ITem de cōsilio et assensu dicte curie ordinamus ac etiam statuimꝰ ꝙ si aliq̄ mulier nupta cōmittet adulterium: possit accusari criminaliter per maritū: et probato legittime dicto crimine corā ordinario/ de ea fiat iusticia corporalis/ ita ꝙ moriatur

¶ Ut fratres vel propinqui absentis a regno aragonum: per deceꝫ annos: recuperare valeant bona ipsiꝰ: absentis a procuratore: per ipsum ante constituto.

STatuimus ac etiam ordinamus de assensu et voluntate totius curie supradicte/ ꝙ si aliquis recedens a regno aragonum per decem annos cōtinuos vel vltra/ absens fuerit ab eodē et in recessu suo procuratorem constituerit cui cōmittat bona sua administranda: transactis dictis decem annis frater aut fratres eiusdeꝫ absentis aut consanguinei ad quos bona ipsius absentis de foro pertinerent: ipsis fratribus vel germanis/ aut consanguineis predictis offerentibus fidantiam / vel fidancias ydoneas corā ordinario sub quo bona predicta constituta existant de non alienandis bonis ipsis/ ꝛ quod absens si redierit/ rationem habebit ꝺ administratione bonorum ipsorum. recuperare valeant a dicto procuratore/ bona dicti absentis de quibus supra fecimus mentionem ad quod dictus procurator per ordinarium distringi debeat et compelli.

Ut procurator supra in sciencijs admitti valeat ad iurandum.

QUia per plures ad p͛sentē curiā euocatos fuit expositū in eadem q̄ ꝓpter iuramēta petita sup inscīecijs cause seu q̄stiones plus debito ꝓrogā‑tur. Jdeo statuimus ac etiā ordinam⁹ de volūtate ꝛ cōsilio curie supradicte q̄ deinde si ꝓcurator cuiuslibet litigātis: habebit in suo ꝓcuratorio potestatē iu‑rādi quascūq̄ insciēcias. possit si volue‑rit iurare easdē in quacūq̄ causa siue li‑tigio/speciei cuiuslibet vel nature/abs‑q̄ mādato alio speciali. Nisi dicte insci‑encie tales essent q̄ per illā vl' illas cau‑sa decideretur totalit' principalis.

De iuramēto p͛stādo p̄ pro‑curatorē sup exceptionib⁹ q̄buscūq̄.

ITem cū plures exceptiones ꝓpo‑nantur maliciose pro dilatandis causis/ꝛ immortalibus faciēdis. Ordi‑namus ac etiā statuimus q̄ ꝓcurator partis negātis/q̄ habebit potestatē iu‑rādi/possit iurare ꝛ iuramētū p͛stare qd̄cūq̄ sup exceptionib⁹ propositis qui‑buscūq̄z. Nisi esset decisorū iuramētū qd̄ fieri debeat in negocio pricipali. Si tn̄ pars rea dimiserit principale nego‑ciū iuramēto agentis vel ecōtra. in hoc casu dict⁹ procurator potestatē habens p͛standi huiusmodi sacramentū pos‑sit illud facere illo casu.

De venatione leporum et perdicum.

STatuimus ac etiā ordinamus q̄ aliq̄s nō sit ausus venari lepores nec perdices cū retibus aut laqueis: ni‑si in loco in quo cuz auibus non posset venatio huiusmodi exerceri/ a festo re‑surrectionis dn̄i vsq̄z per totuz mēsem iunij subsequentē: nec leuare oua de ni‑dis perdicū infra tēpus superius exp̄s‑satū. Et qui cōtrafecerit pro qualibet vice. x. s. p pena soluere teneantur.

Quod fisici cirurgici atq̄z ap‑pothecarij teneāt' noiare in suis cedu‑lis ꝛ receptis q̄s nūcijs egrotoꝝ tradūt herbas et res medicinales / ꝛ alias ne‑cessarias ad salutē eorū pro q̄bus peti‑te fuerint p̄ noīa ꝓpria/ꝛ in vulgari.

QUia fisici cirurgici atq̄ apothe‑carij herbas / et res necessarias medicine corporū humanorum: p̄ obs‑cura ꝛ ignota gentib⁹ noīa nuncupāt: que si vulgarib⁹ noībus in receptis ex‑primerent' facilius ꝛ comodius haberē‑tur. Jdeo statuimus ac ordinamus q̄ deinceps p̄fati medici ꝛ cirurgici/ atq̄ apothecarij: ꝛ eorū quilibet nominēt ꝛ noīare teneant' in suis cedulis seu rece‑ptis q̄s tradūt apothecarijs vel nūcijs egrotorū/herbas ꝛ res medicinales: et alias necessarias ad salutē eorū ꝓ qui‑bus petite fuerint/p̄ noīa ꝓpria in vul‑gari/sub pena cētuz solorū iaccn pro vi‑ce q̄libet q eandē incurrerint cōtrariuz faciēdo: tercia ps cuius nobis in locis nr̄is: vel dn̄is locorū ipsoꝝ: ꝛ alia tertia ps accusatori / et reliq̄ vniuersitati vbi hoc euenerit applicetur.

ITem q̄ dicti apothecarij vel ten‑darij nō dēt neq̄ dare teneant' fisi‑cis aut cirurgicis ꝓ aliqua de suis spe‑ciebus vel medicinis/neq̄ de precio ea‑rundē: nec etiā recipiant aut admittāt dictos fisicos aut cirurgicos aut aliquē eorū: neq̄z alium pro illis in parte vl' so‑cietate tētororū: vel specierū mercium aut medicinarū suarū. Qui quidē apo‑thecarij et tēdarij ac eorū quilibet/ an‑teq̄ vtantur aut vti audeāt dictis offi‑cijs vel aliquo ipoꝝ/iurēt et iurare te‑neant' in posse iuratorū locorū vbi hec aduenerint: nō contrauenire in aliquo in predictis vel aliquo eorūdē. Et vt ea firmius obseruentur / pro qualibet vi‑

ce qua cōtrafecerint: penā incurrāt. c. ß iacceñ indilate: que diuidatur vt in precedēti capitulo est diuisa.

Ut minor. xx. ānorū nequeat facere albaranū: diffinimentū: neqꝫ aliū cōtractū alienationis bonorū suorū: testamēto et codicillo exceptis.

Statuimus ac etiam ordinamus nos rex predictus cū volūtate curie supradicte: ꝙ aliqs minor. xx. annorū nō faciat nec facere possit albaranū diffinimētū: relaxationē: seu remissionē aut donationē suo tutori vel curatori: aut administratori: vel procuratori: nec alicui alij ꝑsone: donec dicti. xx. āni cōpleti fuerint et trāsacti. Nec etiā possit dare: vēdere: impignorare vel cābiū facere: nec aliter alienare de suis bonis sedētibus quousqꝫ ad etatē viginti annorū peruenerit supradictaꝫ. Nisi pro sua ꝓpria necessitate illud facere oportuerit. Que necessitas probetur primitus fore iusta corā iudice cōpetenti: de cuius auctoritate possit fieri dicta alienatio vsqꝫ ad cōplementū necessitatis ipsius tantū. Excepto tñ ꝙ in testamēto et codicillo vel codicillis possit ordinare de bonis suis: si etatē. xiiij. annorū excesserit tpe cōditi testamēti.

De vsuris.

Cum prauitas vsuraria: ꝑ vtrunqꝫ testamentuꝫ sit oībus interdicta: precipue tñ interdicitur ⁊ specialiter xpianis. Ideo statuimus ac etiam ordinamus de assensu ⁊ volūtate toti⁹ curie: ꝙ quilibet xpianus aut xpiana: qui vel q̄ mutuabit ad vsuras cū hoc legittime probatū fuerit: amittat debitū seu pecuniā mutuatā de qua medietas nobis in locis nostris / et in alijs dñis eorundē: ⁊ reliqua medietas debitori / in odium huius facinoris applicetur: ⁊ vltra hoc dictus mutuās ad vsuras teneatur restituere vsuras: q̄s receperit cū expēsis inde factis. Et ad probāduꝫ dictas vsuras possint recipi in testimonium mulieres: nisi tales producte fuerit que rationabiliter repelli debeant a testimonio perhibendo.

De ijs qui procurāt mortem illorū quib⁹ succedere valeāt in bonis.

Quoniā frequēter ad regiā audiētiā est deductū / ꝙ aliq̄ cupiditate / ⁊ nutu diabolico seducti / per se vel alios mortē procurant illoruꝫ quibus succedere valeāt in bonis suis sedētib⁹ et rebus alijs eorundē. Propterea nos rex predictus de volūtate totius curie ordinamus ac etiā statuimus / ꝙ si aliquis nequiter et iniuste occiderit aliq̄ꝫ personā / cui de foro ab intestato debeat siue possit dictus occissor siue homicida / vel sui: in bonis dicti occisi succedere. āmodo dictus occisor / neqꝫ sui succedant neqꝫ succedere possint in dictis bonis / neqꝫ in ꝑte aliq̄ eorūdē. ymo amittat dictā successionē: ⁊ totū ius q̄d habet ⁊ habere debꝫ in illa: posito etiā ꝙ ante ꝑpetrationē dicti criminis / dictus occisus dū viueret prefato occisori aut suis bona sua dedisset / legasset vel in illū quocūqꝫ alio titl'o trāsportasset: quibus exclusis / bona ipa pertineant: ⁊ ꝑueniāt alijs cōsanguineis ꝓpinquioribus dicti occisi / ex ea parte vnde bona predicta descēdūt. Nisi tamē predictus occisor illū interfecerit in seruicio: dñi sui: aut in defensione patrie / aut ꝑsone sue: vel diffidatū ab eo / seu in auxiliū alterius cōsanguinei vel amici.

De diuinis sortiligijs siue fetilleros.

CUm plures trāsgredientes mandatum diuinuȝ/deos alienos cōtinens nō habere/ pro suis negocijs recurrerīt ad eos qui fingūt se diuinare/ ⁊ ad sortilegos:ac etiam fetilleros.Statuimus nos rex predictus de voluntate curie supradicte ꝙ quicunqȝ recursum habuerit ad dictos se diuinare fingentes:sortilegos:aut fetilleros tam qui recursum ad eos habuerit: quam dictus diuinus sortilegꝰ vel fetillerus pro vice qualibȝ qua hoc attētauerint:penā incurrāt centū solidoꝝ iacceñ;de qua medietas nobis in locis nr̄is/vel dn̄o alterius loci/ in loco eodem vbi dicta pena incursa fuerit/aplicetur: et alia medietas accusatori integre exoluatur. Et nichilominꝰ p̄dicti puniātur in bonis ad arbitriū iudicis cōpetentis: qui procedat in eo sumarie absqȝ strepitu et figura iudicij: ⁊ alijs dilationibus/ sola veritate attēta: recepto a partibꝰ iuramento:sup quibꝰ mulieres possint perbibere testimonium veritatis.

Ut emissarij siue guaranyones:eque:vel pulli boçales occasiōe aliquarū executionū nequeāt pignorari.

STatuimus ac etiam ordinamus supplicante curia supradicta qꝺ ex nunc supraiūctarij regni aragonuȝ vel eorum locūtenentes ⁊ alij officiales regni nostri aragonuȝ occasione executionū aliquarum quas facere teneātur nequeāt emissarios seu guaranyones: equas vel pullos boçales aliqtenꝰ pignorare/vel pignoratos aliqualiter retinere: dato etiā ꝙ dn̄s eorundē renunciasset huic foro cū talis renunciatio contra huiusmodi forū facta/haberi debeat irrita ⁊ inanis/ ⁊ habeatur penitus pro non facta. Excludimus tamen qꝺ bestie supradicte pignorari possint pro damno dato in segetibꝰ/vineis/vel terminis alienis.

De forma diffidamēti cum extraneis a regno aragoñ.

CUm in presenti curia quam nūc in ciuitate cesauguste aragonēsibus celebramus dubium sit exortuȝ/ qualiter incole dicti regni q̄ de foro certos in se modos habent diffidandi / si diffidētur ab extraneis a dicto regno/ qualiter ipi dictos diffidantes possint et debeāt diffidare:cum ex hoc in foris aragonū forma certa aliq̄ non sit data Ideo sup hoc volētes ꝓuidere et equitatem seruare statuimꝰ ac etiaȝ ordinamus ammodo inuiolabilit̄ obseruandū: ꝙ sub eadē forma ⁊ modo/ quibꝰ extraneꝰ a dicto regno aragonuȝ diffidauerit baronē aliquē militē/ciuē/ seu burgenseȝ aut quecūqȝ aliū de dicto regno aragonū:eisdē modo ⁊ forma dictꝰ baro vel miles ⁊ quiuis alius de dicto regno possit et valeat licite et impune dictū extraneum diffidare/et contra eum et valitores suos ac bona eorū ꝓcedere modo consimili/quo dictꝰ extraneꝰ cōtra aliū de subditis nostris dicti regni procedere niteretur.

De occupatione siue intrusione possessionis bonoꝝ ꝑ violenciam.

QUicunqȝ spreto nostro/offici alicuiusqȝ nostrorum dicti regni / iudicio idebite et auctoritate motuqȝ proprio/per violentiam ⁊ occulta caliditate per se vel per alium occupauerit ⁊ iniuste intrauerit possessionem bonoꝝ/ que fuerit aliena: ⁊ quaȝ aliꝰ tenebit:⁊ sine violēcia possidebit: talis possessio siue occupacio sibi nō valeat/nec ꝓficiat / nec se iuuare possit tali possessione violēta: ymo amittat ⁊ perdat qꝺcūqȝ

ius/qđ ipse habere posset et sibi ptineret in bonis pdictis taliter occupatis: probata tamē pri⁹ legitime occupatione ⁊ violencia supradictis.

De columbis.

Licet fere bestie ⁊ volucres siluestres occupantibus concedant: tamē columbi qui in colūbarijs manufactis nidificant ⁊ pullos suos educāt/ existere sub dominio speciali videntur. Ideo statuimus qđ quilibet qui cum retibus/ laqueis et alijs ingenijs siue artificijs capiet columbos/ ⁊ illos occidet aut vendet.lx.ß.pro pena soluere teneatur. Et si quantitatem ipam soluere nequiuerit flagellis subijciat: ⁊ a loco vbi hoc cōmiserit et captus fuerit penitus expellatur. Et de hoc accusari possit per quēcunq̃ dn̄m colūbarij/ q̄ illū ppterea voluerit accusare. De qua pena cū soluta fuerit/ nos habeam⁹ tertiam partē: ⁊ aliā tertiaȝ partē accusator: reliqua tertia pars diuidatur prout de foro fuerit faciendum.

De alfardis.

Quia in capitulo nobis oblato in presenti curia/ quam nunc apud Cesaugustam aragoñ celebrabamus/ vidimus contineri/ q̄ propter defectuȝ et nimiam elongationem alfardarum exoluendarū/ cequie et braçales remanent replete: atq̃ obstructe terra: sordibus et immūdicijs: taliter q̄ hereditates neq̄unt irrigari: ex quo hereditatibus ⁊ dn̄is earundē prouenit nō modicū detrimentū. Propterea de voluntate totius curie pdicte/ cū negocium huiusmodi tā clericos q̄ laicos multū tangat. Statuimus ac etiā ordinam⁹/ q̄ prelati ⁊ eoꝝ vicesgerētes/ ⁊ alij quibus incūbat teneatur ad requisitioneȝ laicorū/ dictarū alfardarū colletorum/ sententiā vel sentēcias excomunicationis in clericos eis subiectos proferre/ q̄ dicti clerici infra.xv.dies postquā requisiti fuerint exoluāt alfardas/ quas p suis hereditatib⁹ dare tenētur: alias extunc dicti alfarderij seu alij deputati ad colligendū dictas alfardas/ eosdem clericos tanq̄ si essent laici valeāt comprimere/ ⁊ sine cōtradictione aliqua pignorare et pignora vendere/ prout est contra laicos fieri assuetum.

De augmento ⁊ cudítione monete.

Anno a natiuitate domini. M. ccc. quinquagesimo/ die martis quarto nonas madij congregata generali curia aragoñ i ciuitate. Ceß. Nos Petrus dei grā rex Aragonum: valentie: maioricaruȝ: sardinie: ⁊ corsice Comesq̃ barchñ/ rossilionis ⁊ ceritanie: ⁊ omnes prelati/ religiosi/ procuratores religiosoruȝ/ barones/ mesnadarij/ milites/ ⁊ procuratores ciuitatū/ ⁊ magnarum villarum/ villariorum/ ⁊ castrorū infrascripti qui sunt in dicta curia congregati/ habita deliberatione/ ⁊ diligēti tractatu: cōsiderantes paucitatē monete iacceñ in regno nr̄o aragonuȝ existentem/ ex quo gētes ipius regni/ non modicū sustinēt detrimentū: cū ea mediante oporteat oēs gentes eoruȝ negocia expedire. Attēdētes insup/ q̄ nulli licet sibi legē imponere/ a qua recedere nequeat: si necessitas vrgēs emineat: ⁊ q̄ plerūq̃ statuta vł pùilegia que sunt facta/ que a pncipio bona fuerūt atq̃ vtilia/ si incipiāt esse dānosa/ possunt ⁊ debēt licite reuocari/ et in melius cōmutari: ⁊ quia statutuȝ p illustrissimū dn̄m regeȝ Jacobū auū nr̄m memorie recolēde/ sup securitate ⁊ ppetua firmi=

1350.

auguste: de romãcio in latinũ lucidiori
stilo decreuim⁹ ordinari: ⁊ eaz fororum
emendãtionẽ: ac nouellorũ ordinatam
constructionẽ / sub debitis titulis collo
cari: xj. librũ nũcupari: ⁊ alijs fororum
libris adiũgi volẽtes q̃ i cũctis psonis
gentibus / negocijs / litib⁹ seu causis in
iudicio ⁊ extra / nr̃e amplitudinis dicti
regni imperio subiugatis inuextum sibi a
nr̃a gloria valorẽ obtineãt / et incõuul-
so celebritatis oraculo / valitura consi-
stant: vt sicuti sublimi imperio troni sere
nitatis nr̃e celsitudinis residẽtes / in lo
co montissoni vbi curias generales re-
gnis ⁊ terris nr̃e dictioni subiectis cele
bramus / audiẽtibus cũctis dei p̃latis /
⁊ psonis ecclesiasticis: baronibus: mes-
nadaris: militib⁹: infancionib⁹: ⁊ pro-
curatorib⁹ ciuitatũ: villarũ: ⁊ aliorum
locorũ regni aragonũ / qui ad dictã cu-
riam cõuenerũt / ⁊ de eorũ expressis vo-
luntate ⁊ consensu / die. xxv. nouembris
Anno a natiuitate dñi. M. ccc. xc. per 1390
certos ad id deputatos statuim⁹ et or-
dinam⁹. ita eadẽ celebritatis reuerẽtia
idem fori per ipos concordati et p nos
approbati in cunctis regni nr̃i partib⁹
debeant obseruari.

De officio iusticie aragonum ⁊ inquisitorum eiusdem.

Cum officiuz iusticie aragoñ sit
vniuersale in dicto regno / ⁊ si q̃s
contra iusticiaz aggrauaret / presertim
cum in aliquibus causis in quibus con
tra officiales nostros ⁊ alios cognosce-
re potest de foro / ab eius sentencijs ap-
pellari nõ posset: nec appellatio aliqua
prosequi / iusticiã ab eo debitã grauati
assequi cõmode nequirẽt: naz quanq̃
per forũ statutũ existat / q̃ pene a foro
contra dictũ iusticiã imposite / tũc locũ
habeant ⁊ exeq̃ntur / cũ per curiã gene-
ralem aragonũ id declaratũ fuerit seu
pronunciatũ. Quia tñ per dictũ forum
vel alias / nõ est aliq̃ certa forma prodi-
ta aduersus dictũ iusticiã / eiusq̃ locũ-
tenentes / notarios / et virgarios proce
dendi. Eapropter ad supplicationẽ / ⁊
de volũtate et cõsensu totius curie / seu
deputatorũ regni p̃dicti / vice et nomĩe

curie predicte et pro bona statu dicti regni. Statuim⁹ et imppetuū ordinam⁹ ꝙ per nos ⁊ successores nr̄os eligantur quatuor psōe ydonee / vna videlicet de quolibet brachio de octo psonis nobis ⁊ nr̄is successoribus nominandis ⁊ presentandis. ⁊ in curijs generalib⁹ vł particularib⁹ celebrādis in dicto regno vice prima de octo psonis nobis nominādis per deputatos regni predicti pro tota curia / q̄ habeant sufficiēs et plenuȝ posse inq̄rendi seu inq̄sitiones faciēdi: ad solā partis priuata denuntiationeȝ factam verboten⁹ dictis inq̄sitoribus ⁊ sine scriptura cōtra dictū iusticiā / locūtenentes / notarios / ⁊ virgarios ipsius Jta tñ ꝙ ipsi inquisitores faciāt scribi nomē denūciatoris / ⁊ substanciā eorū q̄ denūciabit per ipoꝝ notariū in actis processus inq̄sitionis que fiet cōtra dictos iusticiā / locūtenentes / notarios: ⁊ virgarios ipi⁹ / qui nnuc sunt ⁊ pro tpe fuerint / de q̄busuis criminibus / excessibus / delictis / ⁊ notabilib⁹ negligētijs: ac magnis defectib⁹ / ab inde faciēdis / cōmittēdis / seu ppetrandis / in ⁊ circa officiū antedictū aut calore seu occasione eiusdē / in suis officijs delinquendo: quā inq̄sitionē ijdeȝ inq̄sitores contra prenominatos ⁊ quēlibet ex eis / facere teneātur / predictis trib⁹ mensib⁹ anni cuiuslibet marcij videlicet / iulij / et nouembris: et nō vltra. Qui quidē inquisitores prima vice p nos eligēdi / et eoꝝ notarius / teneātur p̄stare sacramentū et homagiū nr̄o nomine et dicte curie: in posse dictorū deputatorū et dicte curie de bene et legaliter se habendo in faciendis dictis inquisitionib⁹ ⁊ in exercicio earundē: omni odio / fauore / timore / amore / ⁊ rancore semotis / et de tenēdo in secreto nobis / et cuicunq̄ alteri persone / dictas inq̄sitiones ⁊ contenta in eis / vsq̄ ad eaꝝ publicationem. Et qui post hos q̄ prima vice electi fuerint ex tūc loco eoꝝ seu cuiuslibꝫ eorū de cetero eligentur aut surrogabūtur / teneantur similia sacramentū et homagiū prestare in posse nr̄o et dicte curie tēpore celebrationis eiusdē. Nobis tamen existēte in dicto regno siue celebratiōe curiarum / in posse nostro et deputatorum dicti regni. Si vero absens fuerimus a dicto regno / dicta sacramentuȝ et homagiū teneātur facere et prestare in posse gubernatoris aragonum / ⁊ deputatorū eiusdē regni / seu alterius eorundē deputatoꝝ / qui ad id ab ipis deputatis fuerit ordinatus.

Statuim⁹ etiam q̄d inquisitores predicti teneantur facere dictam publicationeȝ in primis curijs generalibus vel particularibus celebrandis in dicto regno: quas nos prout de foro teneamur iuramus celebrare de biennio in biennium post finitas curias generales / vel in casu suo eis nō finitis: que publicatio habeat fieri anteq̄ ad alios actus dictarū curiaruȝ possit procedi. Et facta dicta publicatione eidem inquisitiones debeāt finiri infra spaciuȝ quatuor mensiū / ex tūc sequētiū: infra quos cōcedatur dictis iusticie / locumtenentib⁹ / noteris / et virgarijs per dictos inq̄sitores / copia articuloꝝ / attestationum / ⁊ de actis ac toto processu / contra eosdē productis ⁊ actitatis / prout eoruȝ cuilibet pro suo interesse pertinere dignoscatur: ⁊ tēpus ad contradicenduȝ / ac suas defensiones proponendum et allegandū / suasq̄ pbatiōes super eo producendum. Quib⁹ peractis / similiter concedat copia attestationū / et aliorū que proposita ⁊ producta fuerint procuratori curie aragonū: quem brachia curie p̄dicte possint ⁊ teneātur

cōstituere in pmis actib⁹ curie/ ad pro sequendū/instandū/et determinari faciendū per sentenciā inqsitiões que inchoate erūt cōtra dictū iusticiā/ ⁊ alios prefatos: concedendo eidē procuratori terminū similr̄ ad reprobandū testes ⁊ alia/que per dictū iusticiā et alios iam dictos pducent̄: taliter tñ per ipos inquisitores dicti termini cuilibet ex pdictis moderent̄/ qꝫ dicte inquisitiões infra dictū tēpus finiri habeāt. Et teneant̄ dicti inquisitores in pdictis pcedere breuiter/simpliciter/summarie: ⁊ de plano/sine strepitu ⁊ figura iudicij/sola facti veritate attenta. Et postqꝫ dicte inqsitiones erūt cōcluse seu ad diffinitiuā sentenciā pducte. non possit ad alios actus curie pcedi/donec ipse inquisitiões p diffinitiuā sententiā fuerīt terminate: que pferri habeat absoluendo vl' condēnando/quo ad penas in foro statutas. Exceptis penis damnorū duplicatorū/ et expēsis et interesse partis denunciantis: quas is cui ptineat/ petere valeat/prout per forꝝ et vsum regni/ante huiusmodi fori editionē facere poterat. Dictus tñ denunciator ratione dicte denūtiationis/nō teneatur de calūnia/nec de expēsis. Et predicte absolutiones ⁊ condēnationes habeāt fieri iuxta merita dictaꝝ inquisitionū: per dictū dñm regeꝫ ⁊ quatuor brachia dicte curie cōcordes/ seu maiorē parteꝫ cuiuslibet dictorū brachiorū/ illoruꝫ videlicet q̄ in his licite possint et debeant interuenire de foro et ratione. Et nr̄e etiā intentionis existit qꝫ brachiū ecclesie possit iteruenire in pmissis/ ⁊ singulares eiusdē qui voluerint interesse.

Insuper ordinamus/quod dictis inquisitionibus pendentib⁹ ⁊ eis per diffinitiuam sentenciaꝫ nō finitis/ ad suspensionem aliquā dicti iusticie: ⁊ aliorum predictorum procedi nequeat vllo modo.

Ceterum si contingat dictū iusticiam ipo officio priuari/ seu ipm mori/ aut alias quomodolibet dictum officium vaccare. ipius iusticie locumtenentes habeant regere dictū officiū: vocādo se/ipm officiū regentes/ eo vaccāte tantū/ et tandiu donec p nos de dicto officio bone ⁊ sufficienti persone: et militi regni pdicti fuerit puisum: quaꝫ prouisione nos faciem⁹ infra. xxx. dies/ postqꝫ nobis innotuerit vacçacio officij supradicti.

Item statuimus/ qđ dictorum inquisitorum officium duret tātuꝫ quousqꝫ per curiam de alijs sit prouisum/modo ⁊ forma prefixis. Et postqꝫ de alijs inqsitoribus fuerit prouisum/ successores teneantur inqre contra preteritos inquisitores/ quibus modo et forma se habuerīt/ in et circa cōmissuꝫ eis officiū. Et similiter faciāt ij qui in curijs successiue fuerīt deputati qui teneant̄ pcedere: et sacramētū ⁊ homagium prestare modo ⁊ forma superius expressatis. Ceteruꝫ cū nobis fuerit supplicatū qꝫ dictos inqsitores nō reuocem⁹/puem⁹/ nec in aliquo impediam⁹ in ⁊ circa exerciciū officiorū suoꝝ/ p inhibitiões/sup sedimenta nec alias vllo modo: nec tollam⁹/nec minuamus penas aliqs p foros statutas contra dictū iusticiam/ ⁊ alios pdictos: et vbi facerem⁹/ qꝫ inqsitores pdicti nō teneant̄ obseruare aliqs lr̄as mandamēta/inhibitiões vel puisiões in cōtrariū pmissoꝝ emanatas: ymo eis non obstantib⁹ cōtinuarēt ⁊ exercerēt eorū officiū supradictuꝫ. Propterea volum⁹ concedim⁹ et ordinam⁹/ qꝫ dictos inquisitores nō intēdim⁹: neqꝫ possim⁹ priuare nec in aliquo impedire p inhibitiones super-

sedimenta vel alio modo: put in nobis supplicatis continet. Uerum si contingat aliquē ex dictis inquisitoribus interim deficere morte/longa absentia/vel alio legitimo ipedimēto in quolibz casuū pdictorū alij eius cōsocij possint et habeāt psentare: nobis tamē in ipo regno psonaliter existente: nobis vero ab ipso regno absente/gubernatori dicti/regni: duas psonas illius brachij vnde deficiat: de qbus nos vel dictus gubernator suo casu habeamus et habeat eligere vnū ex ipis infra.xv.dies postq dicta electio extiterit presentata. Et vbi infra dictū tempus nō faceremus nos vel dictus gubernator suo casu: dicti inquisitores/deficientes consocij / extūc id facere valeant que persona sic electa teneatur dicta sacramentū et homagiū prestare in posse nostro si in ipso regno fuerimus et deputatorum dicti regni/vel aliquorum ex ipsis deputatis per alios condeputatos eligendorum. Nobis vero ab ipso regno absente in posse dicti gubernatoris et dictorum deputatorum vel alterius eorum p condeputatos alios eligendi.

HAnc constitutionē etiā ppetuo: ordinam⁹ q inquisitores memorati tēporib⁹ quib⁹ circa pdictas vacabunt inquisitiones possint videre et investigare omnes processus originales: et acta curie dicti iusticie et ijdem iusticie locūtenentes et notarij ipos: et ipsa teneantur quacūq vice qua fuerūt requisiti/eis exhibere et ostēdere: ipsorūq copias quotiēs eas voluerit et petierint ipsis tradere/ absq aliquo precio: Scribentibus tamē generale dict regni satisfacere teneatur.

UOlentes prout conuenit dictis inquisitoribus/ de condecenti salario prouidere. Statuimus q quilibz inquisitorū predictorū/anno quolibet habeat pro suis sportulis/salario/ et labore a generali dicti regni trecentos florenos: et eorū notari⁹.c.florenos quos habeant per tercias in fine cuiuslibet dictorum trium mensiū: marcij videlicet.iulij et nouēbris. Et non possint aliqbus alijs personis preterq suis collegis seu socijs dūtaxat comittere vices suas/ita tamē q omnes qttuor/vel saltē tres ex ipsis habeant psonaliter interesse exercitio et cōtinuationi pcessuū dictarū inqsitionum. Et durante officio dicte inqsitionis/non possint aduocare in curia dictis iusticie. Quod si fecerint perdant pensiones / et incurrat ipsorum quilibet penam. ccc. florenorum applicandorū dicto generali. Illi vero q nō intendūt: et cōtinuabūt in et circa dictas inqsitiōes in quolibz dictorū triū mēsiū pdāt tercias eorū in qbus nō vacauerit circa premissa.

PRouidem⁹ etiam q dictus iusticia/eiusq locūtenentes/nō possint recipere tenere seu habere ab aliqbus/nobilib⁹/vniuersitatib⁹ collegijs seu alijs psonis qbusuis/beneficia pensiones/vel subornationes/ nec etiaz cauallerias ab aliquo nobili: nec possint recipe nec facere maiorem exactionē de et p lrīs/prouisionib⁹/ et actis que cōcedent et actitabunt in eius curia: nisi put antiqtus fuit vsitatū. Cōtrariū vero faciētes incurrāt penas fori. Preterea cū in curia dicti iusticie pter multorū cōcurrentiā negociorū / lites plus debito ptelētur/pro ipsorū bona et celeri expeditiōe. Statuim⁹ et ordinam⁹ q dict⁹ iusticia possit tenere duos locūtenētes quoꝝ qlibz possit eodē tpe exercere officiū onera eiusdē inter se diuidēdo. Et eorū alteri dict⁹ iusticia teneat dare anno quolibet pēsionē de qua suf-

ficienter possit contentari/ et alij de di cto generali.ccc.florenos: ꝗꝗ patrocinium aliqđ ipendere nō possint aliq̄bus personis in curia dicte iusticie: ymo oībus postpositis negocijs habeāt intēdere in et circa bonā ⁊ breuē expeditionem negociorū curie ādicte.

Rursus etiam statuimus et ordinamus ꝙ persone dicti regni cuiuscunꝙ conditionis existant/ debeāt: et teneantur obtēperare ⁊ obedire lrīs prouisionibus/ inhibitionibus ⁊ declarationibus decisorijs dicti iusticie seu eius locūtenentium preambula cognitione factis. nisi fuerint per appellationem suspēse/ ⁊ inde inhibitio obtenta ac ipsius inhibitionis presentatio facta extiterit. In casibus tamen de foro ⁊ regni appellabilibus/ et talibus quales erant ante fori huiusmodi editionem. Si qui vero cōtrafecerint penas fori super hoc proditas incurrant. Et possit contra eos procedi simpliciter sūmarie et de plano/ sine strepitu ⁊ figura iudicij/ facti veritate dūtaxat attēta. Alijs tñ foris de officio dicti iusticie/ lrīs ⁊ prouisionibus eiusdē/ loquētib⁹ in suis firmitate et robore duraturis.

De vasis vinarijs et olearijs

Quanuis per forum ⁊ vsuz regni vasa vinaria ⁊ olearia haberent: pro bonis mobilibus et venirent diuidenda inter virum ⁊ heredes vxoris: ⁊ econtra prout alia bona mobilia: et ex hoc multa incommoda sequerentur. Propterea statuimus/ ꝙ vasa predicta habeantur loco bonorum sedentiū et in diuisione non veniant: ymo remaneant penes illuz qui ea duxerit in matrimonium/ vel ad quem pertinuerint qualitercunꝙ.

De alimentis.

Ab experto didicimus/ ꝙ ex eo quia per forum/ vir mortua vxore habet vsum fructum in bonis sedentibus vxoris durante viduitate et econuerso/ super viuentem coniugum non habere curam filiorum premortui. Uolentes in his debite prouidere. Ordinamus ꝙ superestes teneatur prouidere cōpetenter filijs cōmunibus premortui in cibo/ potu/ vestitu/ et calciamentis: si alia bona non habeant: vel desempare eis de bonis viduitatis/ que sufficiant expēsis predictis: nisi per testatorem contrarium fuerit ordinatū: retenta detentori dictorū bonorū prouisione competenti/ tam de bonis proprijs/ ꝙ de bonis premortui/ ꝙ̄ prouisionē possit arbitrari iudex/ procedendo/ simpliciter/ sūmarie ⁊ de plano/ sine strepitu et figura iudicij/ sola facti veritate attēta/ de eo se informando in hoc casu dūtaxat/ vocatis ⁊ auditis ad predicta illis quorum interest.

De lenonibus.

Bonā rei publice nouimus expedire/ vt homines a damnatis officijs et actibus scandalosis/ et si nō dei timore: metu saltem pene se retrahētes/ ad honesta ⁊ licita reducātur. prohibemus nequeuis persona/ cuiuscunꝙ status seu conditionis existat/ teneat aut tenere audeat/ vel possit publice vel occulte in lupanaribus nec alijs locis concubinas ad questum seu lucrum illicitum/ nec vti officio lenocinij Et qui contra fecerint: si femine fuerit et lenones vel concubinarios vulgariter vocatos amigos consentiēt/ admittent/ vel celabunt/ açotentur publice/ per ciuitates/ villas/ vel loca vbi predicta euenerint. Hoīes vero exiliētur de ciuitatib⁹ villis ⁊ locis ꝓdictis per an-

nuz. Et in p̄dictis procedatur breuiter simpliciẗ/sūmarie: et de plano sine strepitu et figura iudicij: sola facti veritate attenta. Et ad prosecutionez et accusationē p̄missoruz / q̄libet singularis vel ꝓcuratores vniuersitatū/ q̄uis sua nō intersit admittātur. Et iudex q̄ iusticiam vel executionē p̄dictorū debite req̄situs nō faciat/ incurrat penas fori.

De litis contestatione.

Cum pena in foro incipiente/ prout experientia docuit/ in curijs ceẗ. vltimo celebratis edito apposita cōtra non contestantes petitiones / nec etiā firmas vel propositiones infra tēpus/ q̄bus mandatum est responderi/ nimium rigurosa/ preiudicialis admodūq₃ damnosa existat. Ideo in his debite prouidere volentes/ penam eādez preter q̄ quo ad firmas iuris q̄bus mādatum est responderi non contestātes in totū tollimus ⁊ amouemus. Statuētes q̄ de cetero si conuentus petitionē vel etiam propositionem cui per iudicē mandatum fuerit respōderi/ contra ipsum coram competenti iudice oblata/ infra dictū tempus non fuerit cōtestata lis/ ab inde habeaẗ pro negata ⁊ cōtestata: et actor eis lapsis/ ꝑ iudicē admittatur ad probandum/ contenta in dictis petitionibus vel propositionib⁹ ac si lis per conuentū esset negata ⁊ cōtestata. Hoc tñ prouiso q̄ reus siue cōuētus infra. xx. dies a tempore assignationis ad probanduz actori facte/ ꝑ iudicem assignatos/ continue numerandos/ possit in scriptis ꝓponere ⁊ offerre oēs suas defensiōes ⁊ exceptiōes tāgentes negociū principale: quib⁹ elapsis ad proponendū easdem minime admittaẗ nec audiatur: dilatione tñ ditorū. xx. dierū pendente/ ad publicationē probationū actoris nullaten⁹ ꝓcedaẗ. Adijcientes etiā q̄ actor vel reus petitiones propositiones/ vel iurisfirmas/ seu etiaz exceptiones vel quicq̄ aliud qd̄ fuerit contestanduz/ nō teneaẗ articulatim de cetero contestari. Sed positis exceptionib⁹/ defensionib⁹ / allegationibus/ tā in iure q̄ in facto cōsistentib⁹/ in sua litis cōtestatione/ possit cetera oīa in dictis petitionib⁹ ⁊ alijs predictis cōtenta: Inq̄tum tangunt aut tangere possunt factū propriū/ negare Inq̄tū vero alienuz/ dicere se nescire. Alijs foris q̄buslibet de cōtestationib⁹ modalibus/ vel articulatim faciēdis/ loquētibus/ obstantibus nullomodo. In ceteris aūt omnib⁹ dictus forus ꝓut ante in sua remaneat firmitate: hoc tamē excepto q̄ super exceptionib⁹ fori declinatorijs appellātes / suas prosequi valeant appellationes: presentēq₃ forum extendi volumus nō solū ad causas presentes et futuras: veruz etiā per appellationem pendentes

De exilijs.

Attendētes nobis ꝑ quattuor regni predicti brachia fuisse humiliter supplicatum q̄ prelati ecclesiastice persone nobiles/ milites/ ciues: ⁊ homines vniuersitatū/ ac ip̄orū homines ⁊ vassalli/ gaudere debeant foris priuilegijs ⁊ libertib⁹ regni aragonū: ⁊ nos iuxta ea non possimus nec debeamus: nō precedēte cognitiōe debita/ aliquos de dicto regno exiliare. Quia tñ interdū nos per lr̄as nr̄as seu alias: ⁊ etiam aliqui cōmissarij ⁊ officiales nr̄i/ mandem⁹ prelatis: ⁊ ꝑsonis ecclasticis nobilib⁹ ⁊ alijs p̄dictis. q̄ exeāt a ciuitatib⁹ villis ⁊ locis ⁊ etiā ab oībus regnis: et terris nr̄is: cognitione debita super his perambula minime precedente: et

etiam citemus et citari mādemus et extrahamus eosdē ab ipoꝝ pmo iudicio in graue dānum et pīudiciū supplicatū predictoꝝ hominuz et vassalloꝝ eorūdem. Propterea volētes super his debite puidere. Statuimus et ordinamꝰ ꝙ de cetero tales vel similes processus contra prenotatas personas et eoꝝ vassallos cuiuscunqꝫ legis/ status/ vel dignitatis existant et vbicunqꝫ intra dictum regnum fuerint habitatores sine debita cause cognitione per nos seu officiales nostros fieri nequeant. Quod si secus actuz fuerit/ illud non valeat/ nec etiā teneat vllomodo.

De remissiōibꝰ et guidaticis.

Quia facilitas venie incentiuum prebet delinquendi. Statuimus ꝙ si aliquis percusserit/ mutilauerit/ aut interfecerit aliquem super pace/ et treuga voluntarie datis/ et obtinebit remissionem vel guidaticū a nobis vel officialibus nostris/ de criminibus supradictis. dicta remissio et guidaticū ipso foro sint irrite et nulle: et eis nō obstātibus possit contra dictuz criminosuz et personam de bona sua/ per nos et officiales nostros procedi/ ac si guidaticum et remissionē predictas nullatenꝰ obtinuisset. et premissa etiam locū habeant in violatoribꝰ securamentorum. Presentē hanc ordinationē durare volumus/ hinc ad decē annos prime venturos: et ab inde vsqꝫ ad primas curias generales vel particulares in regno aragonum celebrandas.

De taxatione scripturarū et instrumentorum iudicialium et extraiudicialium.

Ut litigantes a sumptibus et expensis releuētur: scripture et acta iudicialia in tuto remaneant. Statuimus ꝙ de processibus et quibusuis scripturis iudicialibus/ iudices siue notarij scribentes vel actitantes illos et illas habeāt solummodo pro originali octo denarios pro pecia: et tres denarios p copia: et in qualibet dictarum peciarū plana/ habeant ponere. xx. lineas secūdum forum antiquum. Hoc tamen declarato/ ꝙ notarij actitantes processus in dicto regno coram quibusuis iudicibus et personis/ de oblatis et propositis inter dictas partes/ teneantur continuare suū processum originalē: et dare copiam propositoꝝ ad inuicem/ cuilibet partiū predictarum: et cōtinuare duos eis processus/ taliter ꝙ omnia q̄ in originali oblata et actitata fuerint/ continuētur in qualibet dictarū copiarū/ quas quelibet partiū habere voluerit: et hoc infra spaciuz trium dierum postq̄ acta/ carte/ vel scripture recepte vel testificate fuerint Attamē si ppter scripturarū multiplicationē instrumētorū/ vel processuū exhibitoruz pdicta infra predictos tres dies fieri nequiuerint. iudex tempus prolixius possit cōcedere/ moderando illud iuxta q̄litatē dictarū scripturarū instrumētoruz processuū/ vel actoꝝ. de quibus solum recipere valeant prout supra. Hoc addito ꝙ de processibus actis/ attestationibus vel scripturis signatis vel fidem facientibus/ oblatis p q̄libet partiuz ad modum processus pars offerens illas in processu originali non teneatur pro illis aliquid soluere in originali pcessu pro parte sua/ nisi pro copia si eā pars habere voluerit/ prout supra. Et predicta locum habeant non solum in causis principalibus/ sed etiā in causis appellationū: prouiso inq̄ ꝙ parti prosequenti appellationem: cum suo processu vel copia/ si sententiā cōtrariā repor

tauerit: et ab eadem appellauerit / vel iudex obtentus reuocabitur: τ ad aliũ habuerit regressum. restituat franche dictus processus vel copia / quē vel quā presentauerit coram iudice appellationis: soluendo tamen pro originali: τ copia vt superius est statutũ tantũmodo partem sibi contingentē / de ijs que coraz iudice appellationis fuerint actitata. Et a simili de copia processus exhibiti si eā dictus iudex retinere voluerit Et in omni casu quo p aliquā dictarũ partiũ appellatũ fuerit de aliqua sententia vel pronũciatione quaz pars appellans vel appellata ꝓsequi voluerit ante aliũ iudicem / notarius predicta actitans teneatur processum comprobare vel copiam illius partis cum originali Et facta dicta comprobatione teneat signatum vel clausum sigillo iudicis vel iudicantis cum continuatione dicti ꝓcessus vel littere dicti iudicis tradere parti. Et dicti processus clausura locũ sibi vendicet: casu quo dictus iudex eũ remittere voluerit. Et notarius qui cōtrafecerit / per annuz ipso facto ab officio notarie sit suspensus: et durante dicta suspensione / si officio predicto vsus fuerit / ipso facto perpetuo dicto tabellionatus officio sit priuatus. Hoc tamen prouiso / ꝙ in ciuitatibus / villis τ locis vbi de premissis minores quantitates recipiuntur / eorum consuetudo seruetur

In exigendis salarijs / notarij / vt plurimũ metas rationis excedũt et ꝙ secundũ laborum merita debeant eorundem satisfactiones moderari presenti sanctione eorundē salaria in modum q̃ sequitur moderamur: τ taxationē infrascriptā omnino seruari mādamus videlicet ꝙ pro instrumētis sponsaliciorũ vel matrimoniorum recipiendis τ in formā publicaz reducēdis vsqꝫ ad q̃titatē mille. s. vltra. viij. s. Et mille vsqꝫ ad duo milia / vltra. x. solidos. τ de duobus mille vsqꝫ ad. iiij mille. s. vltra. xv. s. et de quattuor mille. s. vsqꝫ ad x. mille / vltra. xx. s. Et de. x. mille solidos vsqꝫ ad. xx. mille solidos vltra. xxx. solidos Et de. xx. mille solidos vltra quantumcunqꝫ ascendant / vltra quinquaginta solidos / non audeant recipere nec habere. Et pro instrumentis venditionis censualiũ mortuorũ vel violariorũ: τ de apocis precij illorum vsqꝫ ad quantitatem quinquaginta solidoruz in annua pensione / vltra. xx. s. Et de quinq̃ginta vsqꝫ ad centũ. s. vltra triginta solidos. Et de centũ vsqz ad ducentos: vltra q̃draginta solidos. Et de ducentis vsqz ad quingentos solidos: vltra quinquaginta solidos. Et de quingentis vsqz ad mille solidos quantũcunqz vltra ascendant abinde / vltra centũ solidos dicti notarij recipere non presumant.

Mandantes eisdem sub pena priuationis officij ꝙ in fraudem presentis ordinationis vel fori super dictis censualibus mortuis et violarijs non faciant plures contractus vel instrumenta / q̃ essent facturi si p̄sens taxatio facta nō fuiesset. Et presentem taxationem censualiũ mortuorũ et violariorũ in instrumentis que fiunt et fient de quibusuis contractibus alijs de sententijs taz arbitralibus / q̃ etiam de arbitrationib⁹ siue compositionibus / volumus obseruari. Hoc insuper addito ꝙ pro testamentis vel codicillis: vel donationibus causa mortis / vel alijs vltimis voluntatibus recipiendis / dictandis / τ in formam publicam reducendis: de bonis valentibus de mille vsqz ad q̃titatem decem mille: s. vltra. xx. s. Et de. x. mille vsqz ad quinquaginta mille solidos

vltra quinquaginta solidos. Et de quī quaginta mille. ß. vsq; ad centū mille. ⁊ quantūcunq; ad inde descēdat: vltra centum. ß. notarij recipere non possint Et presens taxatio in inuētarijs que p̄ dictos notarios fiunt de bonis alicuiꝰ obseruetur. Et si oēs presentes taxatio nes nō obseruabūt notarij p̄dicti: ip̄o facto officio tabellionatꝰ sint priuati. Attū si in aliq̄ ciuitate/ villa/ vel loco/ minus taxati vl' taxate essent: vel minꝰ recipere est assuetū. illaz taxationē vel consuetudinē teneantur et debeant ob seruare. et presens ordinatio non soluz ad futura/ sed etiam p̄sentia ⁊ p̄terita: dūtamen scripture in formā publicam redacte/ et parti liberate nō fuerint/ ex tendatur. Ultra tamē predicta/ si per ea/ vel eorū aliqđ supradicti notarij ex tra locum vbi habitant habeant exire. pro qualibet die non possint recip̄e nec habere/ nisi. vij. ß. tantum et non vltra Hoc tamē excepto q̄ per foros presen- tem et supra proximū/ non comprehen dantur nec intelligātur/ scribanie crea te ⁊ statute/ creande vel statuende qua rumuis aliamarū/ iudeorum/ ⁊ sarra- cenorū dicti regni: pertinētes vel perti- nere debentes nobis/ seu carissime con sorti nostre regine/ inquātum predicta non concernūt interesse aliquod xp̄ia- noꝝ nec etiā in p̄dictis comprehēdan tur sententie iudiciales. Uolumꝰ etiā q̄ notarij executorū recipiāt tantūmo do salarium a foro statutū

De alcaydis

Ad aures nostras nouiter perue nit/ q̄ cum de foro officiales reg- ni predicti debeant esse naturales ⁊ do miciliati in regno aragonum: et nos a paucis diebus citra ad aiquorum im portunitatem concesserimus diuersis personis/ a dicto regno extraneis / ali- quos alcaydiatus ⁊ aliqua officia: que per alias personas a dicto regno extra neas exerceri nec regi consueuerunt/ in damnum ⁊ preiudicium dicti regni. Propterea nobis extitit supplicatum vt dicta officia personis extraneis non conferrentur: et si contra fierent: essent casse irrite atq; nulle/ et nullius existe- rent efficacie seu valoris: et talibus offi cialibus obedire et obtēperare/ ac eos admittere nullatenus tenerētur. Qua re volumus q̄ fori super premissis sta- tuti obseruentur.

Cum debita tamen reuerencia/ ⁊ petita venia protestati fuerunt/ dicti deputati q̄ propter ordinationes et foros presentes / non intendunt re- nunciare nec derogare in aliquo tacite aut expresse cuicunq; iuri incolis reg- ni predicti pertinenti vel acquisito vir- tute capitulorum in curijs villefrage / ordinatorum et contentorum in eis/ quinymo illud eis saluum remaneat: pariter et illesum: et similiter omnes fo ri et priuilegia dicti regni/ tam genera- lia q̄ particularia remanerent in suis robore et valore. nisi in tantū quantuz per dictos foros et ordinationes/ eisdē expresse detractum seu etiā derogatū. Insuper etiam protestati fuerunt de- putati prelatorum dicti regni q̄ in pre dictis consentiunt tantummodo / si et quatenus possunt et debent: salua sem per ecclesiastica libertate.

Incipiunt fori libri duo- decimi facti per dominum mar- tinum regem Aragonum ⁊c. in curijs aragoñ celebratis in ciui- tate Cesarauguste. Anno a na- tiuitate domini Millessimo tri centesimononagesimo octauo.



Egali suscepto regimie nouit psidētes recēsere nos cōuenit q rex regū et dns dominātiū/ per quē reges regnant: et potētes scribūt iusticiā/nos ad taz eximie dignitatis culmen pfecit/vt illius moderamine nr regatur popul9/ ac recta semita gradiatur. Nichil enim est qd lumine clariore pfulgeat/q recta fides in principe. nichil est qd ita neqat occasui subiacere/q vera religio: nam cum auctorē vite vl luminis vtraqz respiciāt/recte et tenebras respuūt/ et nequeunt subiacere defectui:propt quod curis sollicitamur cōtinuis/et assidua meditatione vrgemur/ vt subditorū cōmodis/in quorum prosperitate vtiqz prosperamur/qnto poterim9 studio intendamus. Jccirco nos Martinus dei gra rex aragonū/valētie/ maioricaruz sardinie/ et corsice: comesqz barchne/ rossilionis/et ceritanie/pacta conqsta regni sicilie:qd prestāte dño/ obediētie iugo et dominio illustrissimi ac magnifici principis Martini dei gra regis sicilie: ac ducatuū Athenarū/ et neopatrie ducis/ primogeniti nri precari/ ac in oibus regnis et terris nris gubernatoris generalis/ p potenciā bellicosam exterminatis inimicis/subiecim9:cum triūpho ad dictū regnum aragonū:qd dñationis nre regnū est principale/ in quo sublato de medio serenissimo dño rege Joanne fratre nro recordationis eximie/dū dicte conqste et acquisitioni regni sicilie pdicti psentialit aderam9: ex diuina ordinatione successim9 remeantes in ciuitatē cesaraugustā:que pre ceteris regni pdicti ciuitatib9 est notabilis et insignis/in qua reges aragonū coronātur:et regalib9 insignijs decorātur/curias generales aragonensibus/ pro bono et tranqllo ipius regni statu sub Anno dñi. M.ccc. xcviij. ad vndecimam diē mēsis aprilis eiusdem anni fecimus cōuocari et congregari: vbi regnicole dicti regni iurarūt nos in dñm et regē: et dictū filiuz nrm carissimū in dñm/ et post dies nros in regē: et ibidē etiam coronā/sceptrum et alia regalia insignia suscepim9. Et quia inter cetera que in dicto regno aragonū reparatione et salubri reformatione indigebāt erant litiū dispēdia que ppter astutas adinuētiones hominū:ex instinctu nature humane labētiū ad delicta: et quotidie nouitates ad noxam tendētes cupientiū inuenire: efficiebantur imortales/quib9 astutis adinuētionib9 nouitatib9 malicijs casib9: et negocijs quotidie emergētibus / per foros a nostris predecessorib9 editos moderari nō poterant/nec malignorū audacia coerceri vt decebat. Jdeo nonnullos ex foris editis/detrahēdo ceterisqz addēdo: ac supplēdo:nonnullos interpretādo:moderando et declarādo: aliosqz de nouo condendo et cōcedendo/de volūtate et assensu prelatorū/religiosorū/ nobiliū militū/infancionū et procuratorū ciuitatū/ villarū et locoruz dicti regni/qui ad dictam curiā conuenerūt/ foros infrascriptos edidimus:quos per dilectū consiliariū nostrū Joannē eximini cerdani militē iusticiā aragonū:de cōsilio dilectorum et fideliū nrorum. Petri vilana canonici sedis cesaugustañ. Raymūdi de frācia decretorū doctoris. Berengarij d bardaxino. Ferdinādi eximini de galloz scutiferorum. Jacobi de hospitali. et Stephani pentinat ciuiū cesaugusté iurispitorū/de romācio in latinū

translatari/et sub debitis titulis collocari mandauimus et duodecimum librum fororum nuncupari/volendo et iubendo in iudicijs ⁊ extra ab omnib⁹ dicti regni obseruari

¶ De iudicijs.

Cum ex eo ꝙ curie regentis officium gubernationis/⁊ iusticie aragonum que sunt vniuersales in regno/quotidie nõ celebrãtur diebus non feriatis/et partes plenarie non audiũtur/cause seu lites remanent despate ⁊ iusticia pereat. Ideo ad supplicationẽ/ac de volũtate ⁊ consensu oĩm quattuor brachiorũ dicte curie statuimus ⁊ ordinamus ꝙ dicti regẽs officiũ gubernationis ⁊ iusticia aragonũ/seu ipius locũtenẽtes teneãtur celebrare/⁊ tenere curiã vna die/⁊ alia cõsiliũ: et dieb⁹ quib⁹ celebrabũt ac tenebũt curiã/audiãt partes in oĩbus causis/⁊ litib⁹ in quibus procedere voluerint.

Quia propter altricationes ⁊ disputaciones verbales aduocatorũ presentiũ in iudicijs/audientie iudicuz infructuose dilatantur: ⁊ processus causarũ intricantur/ex quibus dãna varia partibus inferuntur. Statuim⁹ ⁊ ordinam⁹/ꝙ ãmodo in curijs gubernatoris generalis seu regẽtis officium gubernationis iusticie aragonum/et officialis ecclastici cesaraugustae/aduocati partiũ non audiãtur psonaliter in patrocinãdo vel rationando causas in iudicijs/sup actitãdis processib⁹ earũdẽ: nisi causa esset propria aduocati: vel etiã alterius/criminaliter intentata ⁊ tunc tantuz ꝗtum pncipalis habebit personaliter cõparere et iudiciũ continuare: nec dicti iudices possint dictis aduocatis dare vel pstare audientiam ⁊ hoc possit contra eos excipi: per quãcũqꝫ personã etiã si sua nõ intersit ymo dicte lites siue cause habeãt duci seu tractari p cedulas/p aduocatos ordinandas/õfferẽdas corã dictis iudicib⁹ per principales vel procuratores eorũ. vbi tamẽ petitiones iurisfirme propositiones/appellit⁹/seu alie quecũqꝫ cedule: ⁊ ordinationes offerẽde fuerint per dictos pncipales vel pcuratores eoꝝ habeãt ordinari videri recognisci p aduocatũ seu aduocatos ptis offerentis easdẽ: et roborari/et subscribi manu ipoꝝ aduocatorũ vel alteri⁹ ex eis: alias nullaten⁹ admittant ymo habeant pro nõ datis seu oblatis. Exceptis causis ciuilibus/que summã ducẽtorũ solidoruz nõ excedũt. Volumus tamẽ ꝙ presens forus duret obseruetur et exequat vsqꝫ ad primas curias generales ⁊ particulares in dicto regno celebrãdas inclusiue. Et in curijs aliorũ iudicũ tã aduocati ꝗ procuratores et ecõtra audiant in procedendo ⁊ enantãdo in causis et litibus si ad iudicia accedere voluerint dũ tamẽ cedule offerẽde in scriptis sint subscripte manu aduocati ordinãtis/vel corrigentis easdem.

Ad remouendas fraudes ⁊ damna partium litigantiuz. Statuimus et ordinamus/ꝙ dicti procuratores teneantur iurare in posse dictoruz gubernatoris et eius regentis officiuz iusticie aragonum ⁊ aliouz iudicũ corã quibus suis procuratoribus vti voluerint/semel vel pluries: si pars cõtraria hoc petierit in quolibꝫ processu anteqꝫ audientia eis pbeatur/et per iuramentũ respõdere: de quib⁹ habeat constare per acta dicti processus/et dicere ⁊ noiare aduocatũ vel aduocatos: qui dictas petitiones/firmas/propositiones/appellit⁹ et alias cedulas quascũqꝫ et ordinatiões fecerint vel ordinaue

rint/vel eos q̄ eas viderit ꝛ recognoue-rit. Et vnꝰ et idē non possit esse aduocatꝰ ꝛ pcurator in eadē causa vl' ecōtra

CUm secundū forū ꝛ vsum regni: ratione rei sorciat' q̄s forum illius iudicis in cuius loco res est sita: aut vbi habeat reus domicilium. Eapropter statuimꝰ et ordinamꝰ/ qd aliq̄s singularis nō possit extrahi a iudicio sui domicilij vel vbi res sita existit de qua cōtrouersia vertit' siue sit q̄stio super ppri etate/siue etiā sup possessiōe/ nec corā nobis aut iudice delegato nr̄o / gubernatore vl' iusticia aragonū valeat cōueniri: etiaꝫ q̄ vna cū singulari dn̄s loci/ aut sui vel ipiꝰ loci officiales/ seu alij q̄ nō essent de iurisdictōe dicti iudicis domicilij: vel illiꝰ loci vbi res sita existit. Foris tn̄ loquētibꝰ de appellationibꝰ: aut suspiciōibꝰ/vel remedijs p viā contra fori/in suo robore duraturis.

PRout foro cauet'. nos commissarij ꝛ officialis nostri ac nostri primogeniti: non debemꝰ citare: nec procedere contra iudeos ꝛ sarracenos/locoꝝ prelatorum/nobilium/ militū ꝛ alioꝝ dicti regni: extra sua loca: nec intra nec etiam ipos capere/aut capi facere: nec alia piudicialia enātamēta facere: dicēdo q̄ fuerunt rabini/notarij/alfaq̄ni/ çauçales: aut q̄ alia officia habuerunt in ipis locis absq̄ nr̄i licencia: vel quod accessū nefariū habuerūt cū mulieribꝰ xp̄ianis: i fraudē tn̄ dicti fori / diuersis vicibus dicti cōmissarij et officiales citant et etiā capiūt dictos iudeos et sarracenos/ nō solum extra dicta loca vbi habitāt/sed etiā intra eadem: ꝛ contra eos ꝛ vnūquēq̄ ex eis faciunt multa et diuersa p̄iudicialia enantamēta: dicendo eos deliquisse in p̄dictis/et alijs/ et hoc i maximū p̄iudiciū iurisdictionem dn̄oꝝ dictoꝝ locoꝝ/vbi dicti iudei et sarraceni habitāt. Ea pp̄ter ordinamꝰ q̄ p̄dicta de cetero fieri neq̄ant aliquo modo/ p quouis casu crimine/excessu: aut ratione. nisi ratione d'licti cōmissi: contractꝰ initi: aut rei site extra locum vbi domiciliū habet/esset captꝰ vl' conuentꝰ: si in loco delicti cōmissi: contractus initi vel rei site reptus fuerit. Exceptis etiā casibꝰ furti/robarie/vel homicidij: in q̄bus casibꝰ ꝛ quolibꝫ eorū/ possit capi et cōueniri vbi reptꝰ fuerit.

De ordine cognitionum.

LIcet secundū forū incipientē statuimꝰ / situm in rubrica de litibꝰ abbreuiandis/ in casu quo aliq̄s accusat' de crimīe/si firmaueris de directo/ non possit cognosci vel pronūciari sup firma quousq̄ sup interrogātiōe petita/an locū habeat vl' ne pnūciatuꝫ fuerit. Quia tn̄ pnūciatiōes faciende sup firmis iuris dilatant' sepissime p mēseꝫ in fraudeꝫ dicti fori. Propterea statuimꝰ ꝛ ordinamꝰ qd si de cetero per accusantē petitū fuerit: accusatū interrogari debere / iudex postq̄ remāserit in eiꝰ deliberatiōe an interrogatio habeat locū vel ne. teneat' pnūciare infra tres dies iuridicos immediate seq̄ntes/ sic qd illi progari nō possint occasiōe se certificādi de fama/nec p aliq̄ per parteꝫ allegata/proposita/vl' excepta/verbo vel scriptis/aut alias. Et nichilominꝰ infra duos dies postmodū cōtinue sequētes / feriatos vel non dictus iudex exequēdo pnūciationē suā. Si locus tn̄ interrogationi fuerit. teneat' interrogare perfecte delatū sup contētis in petitiōe contra eū vel eos oblata. Ubi vero numerꝰ interrogandoꝝ fuerit excessiuꝰ: vel q̄litas facti id exegerit. dictus iudex habeat quatuor dies ad dictaꝫ interrogationē faciendam: ꝛ non vltra.

Cum propter maliciosa exceptiones:pacti:conuenij:transactiõis: diffinimenti/ z similes : que vt expientia docuit:non solum semel: sed pluries proponuntur in causis ad impediendũ processus earum et ob id lites plus debito prorogantur. Statuimus z ordiamus ꝙ aliqs ad proponendũ dictas exceptiões seu aliqꝫ ex eis:nisi semel ĩ quolibꝫ ꝓcessu/non audiatᷓ. Excepto si de cõtentis in exceptiõe fieret fides tempe quo ꝓponitᷓ ꝑ instrumẽtũ publicũ:statim realiter exhibitũ:vlᷓ per cõfessionẽ: vel iuramentũ partis alterius/si tunc ĩ iudicio presens fuerit.

Ne propter longas discussiones recursuum / z resumptionum/ que in iudicijs offeruntur / cause plus debito differantur . Statuimus qȝ in causis recursum et resumptionum procedatᷓ vocatis z auditis ꝑtib⁹ breuiter simpliciter/summarie/z de plão/absqꝫ strepitu z figura iudicij/sola facti veritate attẽta: defensiões tñ et exceptiões admittantᷓ/z etiã probatiões legittime cuiuslibꝫ ꝑtis/ eoꝝ que probare voluerit:si tñ fuerit tales ad quas probãduꝫ debeant admitti / vt sic dicte lites breuius decidantur.

Ad nostrũ peruenit auditum qȝ quando partes contẽdunt in iudicio possessorio per viaꝫ iuris firmarũ vel alio iudicio tam super castris: villis iurisdictionibus/campis/ vineis alijs hereditatibus/bonis/ seu alijs iurib⁹: quam sup vsu depascẽdi ganata:lignãdi/carbonandi/scaliandi/abeurandi: aut alijs adẽpriuijs vel seruitutibus q̃ partes affirmant habere:et si in eaꝝ et eorũ possessione existere:altera ꝑte contrarium afferente:dictis pendentib⁹ litib⁹/z anteꝙ cõstet vel appareat de iure vel possessiõe ꝑtiũ/vel alteri⁹ earuꝫ/ indifferẽter petuntᷓ z obtinẽtur prouisiões tales vel siles a iudicib⁹ corã q̇bus litigatᷓ/ꝙ dicta castra/ville:iurisdictiones/campi/vinee/hereditates/ bona/ ac fruct⁹ / z alia ꝑdicta supᷓ q̇bus in iudicijs cõtẽditur/seqstrẽtur/vel ad manus curie recipiantur aut cõmitantur: et ꝙ possint ꝑdictis pẽdentib⁹ litigijs ganata sua depascere / abeurare / acapannare/ lignare/carbonare / arbores scindere / vel alijs adẽpriuijs et allegatis seruitutib⁹ vti:ex q̇bus damna varia/ac ꝑiudicia/veris possessorib⁹ inferũtur : ac modis predictis cõmodo sue possessionis ꝑuantur:qȝ in fraudem z cõtra forũ circa prouisiões sup appellitib⁹ faciẽdas editũ fieri videtᷓ. Volentes ideo dictis abusib⁹ congruaꝫ adhibere medelã.Statuim⁹ z ordinam⁹:ꝙ pars petẽs sup ꝑmissis prouideri / ante oĩa teneantᷓ summarie informare iudicem:de possessione dũtaxat allegata pro obtinẽda dicta prouisiõe:ꝑte tamẽ altera citata z audita ꝑsente/vel ꝑ contumaciaꝫ absente.Hoc tamẽ ꝓuiso qȝ pars altera si voluerit possit offerre cõtrariã informationẽ eoꝝ que ĩ petitiõe prouisiõis continẽtur/tantũ q̃tũ tãgit prouisionẽ dũtaxat.et ante publicationẽ probationũ oblatarũ ꝑ partẽ dictaꝫ prouisionẽ petentẽ/factã:et iudex corã quo dicta prouisio postulabitur teneatur assignare cuilibꝫ dictarũ partium terminũ sex dierũ ad probandũ allegatã possessionẽ sup articulo dicte prouisiõis . Sꝫ si partes vlᷓ earũ altera maiorẽ repetierit dilationẽ.ꝑstito iurameõ: qȝ id maliciose nõ petũt/ eo casu iudex possit dictaꝫ prorogare dilationem:ad viij.dies/ post dictos sex dies continue sequẽtes. Et mayorẽ dilatione aliqua partiũ habere nõ valeat ad probandũ: ymo probationis alterius vel vtriusqꝫ

partis oblate seu facte: habeāt publicari. Contra dictas vero probaciōes summarias/obiectiōes seu reprobationes/ quatenꝰ concernunt dictā prouisionē/ fieri non possint / de q̄bus informatiōnibꝰ apparere habeat p processuz. Et vbi cōstiterit p easdē illū vel illos expetentibꝰ dictas prouisiōes/esse in possessiōe petitorū p eosdē. predicti iudices et officiales coram q̄bus dicti prouisiōes fieri petūtur/possint eo casu facere easdē: ⁊ non alias vllo modo. Quibus factis ne lites ab inde maliciose valeant prorogari / dicti iudices ⁊ officiales teneātur. in causis vbi dicte prouisiones facte fuerīt vocatis ⁊ auditis partibus sup possessorio hinc inde solūmodo allegato/ procedere sūmarie/ simpliciter et de plano / absq̧ strepitu ⁊ figura iudicij/admissis exceptionibꝰ ⁊ defensiōibus legittimis: ⁊ easdē causas diffinitiua sentētia termīare. Saluo iure ꝓprietatis cuilibꝫ parti. Et si ꝓuisio petita locū non habuerit/ procedatur ī causis predictis ordine iudiciario obseruato. Decernētes foruz ⁊ prouisionē p̄sentē: non soluz ad lites et q̄stiones futuras: verū etiā ad pendentes: vbi tñ talis prouisio facta nō fuerit/extēdi debere. In causis vero vbi facta fuerit. procedatur summarie prout supius est prouisum.

IN causis vsq̧ ad summam quinquaginta solorū ascēdentibꝰ nō fiat scriptura aliqua: ymo procedat᷑ summarie et de plano. Et vbi scripturam fieri oporteret ratiōe memorialium vel pronunciationum appellationū vl'alia q̄licūq̧ causa. ꝙ notariꝰ non possit recipe nec habere: nisi. xij: denarios tātuz pro omnibus scripturis et laboribus/ quos sustinebit in dicta causa/ siue pro appellatiōibus/memorialibus/pronūciatiōibus/siue pro q̄buslibꝫ aliis scripturis ⁊ laboribus. Et ꝙ teneatur scribere in libro curie illos qui erant licenciati ab instantia iudicij/ absq̧ salario aliquo. Et si contra fecerit incurrat penas fori.

AMputātes diffugia maliciosas exceptiōes ⁊ dilationū materiā/ vt litigātiū parcamꝰ laboribꝰ ⁊ expēsis in causis mere ciuilibꝰ ꝑsonalibꝰ: excedentibꝰ summa q̄quagīta solorꝫ vsq̧ ad q̄titatē. cc. solorꝫ inclusiue / procedi volumꝰ breuiter/simpliciter / sūmarie et de plano/sine strepitu/et figura / iudicij/ac malicie ⁊ dilationum materia sublata penitus ⁊ semota/sola facti veritate attenta. exceptiōibus tñ ⁊ defensiōibus legittimis admissi.

De modo ꝓcedendi in inquisitiōe officij iusticie aragñ.

CUm per foruz qui incipit cū officium iusticie aragonum. loquentem de inq̄sitione facienda contra iusticiaz aragonū / titulo de officio iusticie aragonū ⁊ inq̄sitorū eiusdē sit statutū: qd dicta inquisitio facienda contra dictū iusticiā et alios in dicto foro cōtentos habet fieri anno quolibꝫ in tribus mēsibꝰ inter paulatim: videlꝫ marcio/ iulio / ⁊ nouēbri: et istud sic infructuosū ⁊ inutile dicto regno. Iccirco emendando dictū forū. Statuimꝰ ⁊ ordinamꝰ ꝙ dicti tres mēses ad faciendam dictā inq̄sitionē statuti/sint continui/et non interpaulati quolibꝫ anno. videlꝫ ianuarius/februariꝰ/⁊ marciꝰ: in quibus anno quolibꝫ dicta inq̄sitio possit et debeat fieri: ⁊ non ampliꝰ in toto dicto anno. In ceteris vero dictus forus remaneat in suis firmitate ⁊ robore.

CØrrigentes et addentes ad forū incipientem. Statuimus etiam quod inq̄sitores. titulo supra proximo

allegato loquête de inquisitionib9 que habêt fieri côtra dictaz iusticiã ꝛ alios in dicto foro exp̄ssatos / quo extitit statutũ / ꝙ pene damnorũ duplatoꝝ et expensarũ ꝑ forum ordinate contra dictũ iusticiã / ꝛ suos locũtenentes si delique rent côtra forũ / nõ habeãt nec possint habere locũ ꝑ viã inquisitiõis: qđ est in fructuosum ꝛ iutile dicto regno ꝛ habi tantib9 in eo. Jccirco statuim9 ꝛ ordinam9 / ꝙ per processuz ĩquisitiõis possit ꝓcedi contra dictũ iusticiã ꝛ locũtenentes / notarios / et virgarios eiusdẽ / si q̃litas facti ꝛ merita dicte inquisitionis ꝛ processus illi9 id exigant in pena damnoꝝ duplatorũ: ꝛ expensaꝝ in simplũ. Declarando tñ / ꝙ dictus iusticia aragonũ / ꝛ sui locũtenentes / notarij / et virgarij in casu etiaz quo cõdẽnarentur ꝑ merita ꝓcessus dicte inquisitiõis non teneant̃ soluere expensas aliq̃s / de illis que facte erũt ratiõe ꝓcessus ꝑ dictã inquisitionẽ factã dicto foro statuimus / in ceteris remanente in suis firmitate et valore.

De accusationibus.

PReterea statuimus ꝛ ordinam9: ꝙ si post oblataz per accusatorez petitionem de crimine vel criminibus / accusatus super eadez firmauerit de directo: et ante receptionem iurisfirme vl' post / idem accusans voluerit coram eodem iudice qui de hoc cognoscere possit / dare seu offerre aliũ appellitũ / petitionẽ vel accusationẽ / suꝑ alio vel alijs criminib9 / que asserant̃ cõmissa ꝑ delatũ vel accusatũ ante primam accusationẽ: cũ maliciose hoc agere p̄sumat̃ non possit ꝑ hoc dicte iurisfirme oblate receptio aliq̃tenus impediri / si de foro fuerit admittẽda. Nec etiã ea recepta vel non: dictus accusator audiat̃ secũdo accusans nisi principalis presens fuerit / vel eo absente ꝓcurator ipi9 habens expressum ꝛ speciale mãdatum iurãdi de malicia ꝛ veritate dicẽda / iurauerit / et per iuramentũ responderit: dicendo se tempe p̄me accusatiõis nescire sibi ius ꝓtiuisse appellitãdi vl' accusandi de ijs q̃ scđo dictũ delatũ accusat vl' accusare intẽdit: ymo hoc penit9 ignorare / ꝛ nouiter ad eius noticiã ꝓuenisse: ꝛ etiam ꝙ maliciose scđm appellitũ vel accusationẽ non facit nec ꝓponit. Et nichilo min9 ꝙ ad appellitãduz vl' accusandũ nõ admittat̃ nisi ydoneaz p̄stiterit cautionẽ / de soluẽdis expensis in simplũ / et damna in duplũ / si in scđa accusatiõe succumbat. Qđ si dictã cautionẽ p̄stare non poterit. det iuratoriaz: ꝛ eo casu habeat ꝑsonaliter prosequi iudiciũ: alias non audiat̃ sic appellitans vel accusans: nisi prius legittime ostẽderit ipm fuisse detentũ tali infirmitate / que ipz a dicta ꝑsonali prosecutione excusaret: quo casu ꝑ procuratorẽ possit admitti infirmitatis impedimẽto durante. Et suꝑ hoc etiã nullaten9 audiat̃ / nisi pri9 refusis expensis / si in eis fuerit condẽnatus ratione receptionis iurisfirme / prime accusationis. ꝛ ab inde audiatur scđo accusans: ꝛ mandet̃ cõuento cõtinuare iudiciũ si p̄sens fuerit: alias ꝑsonaliter citet̃. Sed capi non mandetur pretextu scđi appellit9 petitiõis vel accusationis: nisi se cõtumaciter absentaret: vel si de delicto vel delictis / in scđo appellitu vel accusatiõe propositis cõstaret ꝑ acta: vel publica instrumenta: et etiã si citat9 ꝑsonaliter cõparuerit in iudicio / ꝛ de directo firmauerit / si eius iurisfirma locuz non habeat / possit capi. Hoc idẽ decernim9 obseruari / si ꝑs accusans nouũ obtulerit appelitũ / petitionez vel accusationẽ / ꝓ criminibus

que dicunt cōmissa per accusatuz post primā accusationē ⁊ ea pendente. Hoc tm̄ prouiso/ ꝙ sit in arbitrio iudicis capere seu capi facere: vl' citare accusatū: vel mādare eidem cōtinuare iudicium personaliter. Et si fortassis priori accusationi pendente terci⁹ conuentum vel accusatū/ corā eodē iudice accusare voluerit. ad hoc minime admittatur: nisi pri⁹ corā eo / ⁊ anteꝗ̄ ꝓuideat appellitū p̄stiterit iuramentū ꝑsonaliter vl' ꝑ procuratorē habentez specialē ⁊ singularē potestatem iurandi/ de malicia et veritate dicēda/ ⁊ ꝑ iuramentū responderit/ ꝙ maliciose non facit / nec facere intendit suā accusationē: ymo credit ꝓbare cōtenta in eadem : de quib⁹ habeat constare per acta publica.

Statuimus insuper et ordinam⁹ quod si accusatus de aliquo crimine cui recepta fuerit iurisfirma: non se representauerit coram iudice in litis contestationn: testium publicatione: et sentencie prolatione intra. xv. dies post mādatū vel assignationez iudicis factā eidez/ vl' fideiussori. cōtra eundez accusatū: ei⁹ absentia nō obstāte possit procedi/ si accusator hoc voluerit / vsqꝫ ad diffinitiuā sentētiā cōdemnatoriaz inclusiue: etiā mortis. Si tm̄ ante dictā cōdemnatoriā sententiaz ꝑsonaliter se rep̄sentauerit. admittat' ad faciendum partem in dicto processu/ in eo tm̄ statu quo causa fuerit: sed ei⁹ firma iuris nō admittat'. Et vbi sentētiā condēnatoriā in absencia reportauerit non ꝓsit ei remissio vl' guidaticuz: nisi fieret de voluntate partis accusantis: vmo ī omni casu dicta sentētia exequat': nec possit se saluare ī ecclesia : infātionia/ seu alio loco p̄uilegiato quocunqꝫ. Et nichilomin⁹ cōtra fideiussorē vl' fideiussores/ si moniti infra tēpus ꝑ iudicē assignatū nō presentauerit accusatū possit procedi prout de foro et vsu regni poterat iam alias procedi. Et hoc locū habeat vsqꝫ ad primas curias generales dicti regni inclusiue.

Preterea ordinam⁹ et statuim⁹/ quod ex quo aliq̄s capt⁹ ducetur ad locum vbi nos erimus: gubernator: iusticia aragn̄ / aut alius iudex cuius mandato fuerit mandatus capi: ⁊ contra eum presentem in iudicio/ non offeretur petitio infra tres dies iuridicos. ꝙ illico ip̄e captus sit liberatus a captione: et nos aut alius officialis vel iudex: qui euz capi mādauerimus/ absqꝫ aliq̄ requisitiōe/ teneamur euz liberari facere. Simili mō si contra illos qui fuerīt citati personaliter/ non dabit' eisdē citatis p̄sentib⁹ in iudicio / si in ip̄o iudicio ꝑsonaliter se rep̄sentauerint: petitio infra duos dies iuridicos postꝗ̄ dies citatiōis aduenerit. habeant' ip̄o foro ꝓ licēciatis. Et etiā nos ⁊ alius iudex coram quo citati fuerint teneamur eos licenciare.

De firmis iuris.

sumitur debitũ fuisse ⁊ esse solutũ: nisi ostendatur cõtrarium.

¶ Itẽ iudex debʒ stare semp ⁊ iudicare ad cartã / ⁊ scdm ꝙ in ea cõtinetur / nisi aliꝙ impossible vel cõtra ius naturale cõtinet̃ in ea: vel nisi aliq̃ alia conditio fuerit apposita inter cõtrahẽtes / ⁊ nõ fuerit scripta in dicto instrumẽto ⁊ si eam ꝓbare voluerit cũ notario et testibus in dicto instrumẽto scriptis audietur: cũ alijs vero testibus nullo modo admittetur: idẽ si dictã conditioneʒ vel aliq̃d aliud velit ꝓbare per aliã cartam: quia tunc admittetur.

¶ Nota ꝙ scdm obseruãtiã regni probatur solutio si ostendatur carta scisa / nec ali⁹ põt petere debituʒ: nisi dñs vel eius ꝓcurator: licʒ instrumẽto cõtineatur ꝙ quicũqꝫ cum illo petierit / ꝙ promittit soluere: quia possit perdi instrumentũ: ⁊ extrane⁹ posset inuenire: ⁊ petere cũ instrumẽto illud qđ ibi cõtinet̃.

¶ Si de rasura rephẽdat̃ instrumẽtũ vl̃ de alio vicio: si notula inueniat̃ vera valebit instrumẽtũ: alias dicet̃ falsum.

¶ Itẽ nota: ꝙ si aliqđ instrumẽtuʒ sit adueratũ corã iudice ecclesiastico / ⁊ petatur aliquid in iudicio seculari. obijci potest ꝙ nõ est aduetatũ scdm forum / et sic non prodest talis aduecatio.

¶ Itẽ si q̃s perdat instrumẽtũ / iurante ad sancta dei euãgelia principali vel ei⁹ procuratore ad hoc specialiter cõstituto ꝙ illud ꝑdidit / ⁊ ꝙ non habet dictũ instrumentũ / nec scit vbi est: nec petit ip̃m maliciose repari. iudex dʒ mandare illud repari / vocato illo de cuius interesse ex nota constat.

¶ Nota de cõsuetudine regni vbi notarius dicitur deliq̃sse i suo officio: vel vbi ostẽditur aliqđ instrumentũ in iudicio / vel extra / ⁊ pars dicat illud non continere veritatẽ: nec qđ in ꝓthocollo vel notula habetur: vel similib⁹ casib⁹. tunc almutaçafi: vel iurati pñt intrare domũ notarij / ⁊ recipere oẽs notas ad man⁹ suas / et facere eas de manifiesto et secuʒ portare inuito notario. Et vbi aliq̃s notari⁹ ad mandatuʒ iudicis nõ velit in posse iudicis ducere aliquã notam vel ꝓcessuʒ. põt ip̃m suspẽdere ab officio donec ducat: et si nec sic curauerit ducere. crescẽte cõtumacia põt ip̃m facere capi: et si per annũ in suspensiõe ꝑmanserit. lapso anno priuet̃ notaria.

¶ Itẽ ex quo instrumẽta donationis: venditiõis / vel cãbij alicui⁹ rei inmobilis facta sunt: et i eis traditio possessionis cõtineatur / licet traditio possessionis de facto non fuerit facta. incõtinẽti ille in quẽ res est alienata / facto instrumẽto dictorũ cõtractuũ / est dñs / et habetur pro possessore illius rei licet de facto nõdũ eaʒ apphendiderit / nec de facto fuerit ei tradita: et poterit vt possessor omnia facere / ac si de facto ei possessio esset tradita.

¶ Iteʒ si q̃s dixerit / ꝙ amiserit aliqđ instrumentũ: vel ꝙ notari⁹ amiserit: vl̃ ꝙ nõ inuenit̃ in ꝓthocollo. nõ admittetur ad ꝓbandũ tenoreʒ vt de ratiõe fit / qꝛ pñt ex hoc plures fraudes committi per falsos testes.

¶ Itẽ nota ꝙ ꝓpterea ꝙ aliqđ instrumentũ nõ repiatur in notulis seu ꝓthocollis illi⁹ notarij qui dictũ instrumentũ dicitur testificasse. ꝙ ꝓpter hoc non erit seu remanebit falsum ista rõne / qꝛ de foro standũ est carte. recurrendũ est ergo cõtra dictũ instrumẽtũ ad alia fori remedia.

¶ Itẽ nota ꝙ si testamentũ nũcupatiuũ fuerit aduecatũ ꝑ testes q̃ fuerunt p̃sentes q̃ndo testator tale cõdidit testamentũ / eo modo quo forus vult. nichilomin⁹ ꝑ parẽtes illi⁹ testatoris / vl̃ ali-

os/ pōt tale testamētū redargui de falso nō ostante tali aduerati͠oe. Quādo petit̄ instrumētū amissum reparari/ si ex nota cōstet qđ interest alteri⁹ se opponere: vocabit̄. sed pone/ vocat⁹ cōparet et petit copiā notule: vt ea habita ꝓponat rōnes cōtra reparationē. est de consuetudie ꝙ nō debꝫ dari copia: sed solū debet legi notula in iudicio p̄sente illo qui se opponit taliter qđ possit audire: ⁊ postea si raciōes habet/ ꝓponat: ⁊ p̄nūciabitur sup eis. Et si assignatione facta ad ꝓponendū/ non ꝓponit. mandabitur instrumentum reparari.

¶ Jtē si istrumēta de q̇bus fit mētio in iuditio per actorē vl' reū exhiberi petūtur: sunt exhibēda/ si sit versimile qđ in posse aduersarij existāt alias nō.

¶ De re iudicata.

SEcundum consuetudinē regni/ cum mādatur sentēcia. execuciōi bona mobilia non preconizantur / nisi per decem dies tantum. immobilia vero per triginta dies.

¶ Jtē de foro et vsu regni aragonum/ sentēcia arbitratoris non reducit̄ ad arbitriū boni viri: sed ei⁹ sentēcie statur/ siue sit equa: siue iniqua/ et sic seruat̄.

¶ Jtē si aliquis sit accusat⁹ criminaliter: et sit lis cōtestata: ⁊ etiaꝫ sint testes ꝓducti/ ⁊ postea publicati/ ⁊ se absētet re⁹. nō potest absens cōdēnari ad mortē: vel alias criminaliter cōdemnari.

¶ Jtē si iudex delegat⁹ tulerit aliquā interlocutoriā iniquam/ ⁊ ab ea fuerit appellatū ⁊ iudex appellationis inuenerit illā iterlocutoriā nō recte latā a qua fuerat appellatū. iudex appellationis reuocabit sentenciā diffinitiuā: ⁊ quicq̇d actū est vsq; ad illaꝫ interlocutoriaꝫ/ et remittet ptes ad illuꝫ iudicē delegatū/ vt cognoscat de causa ab illa interlocutoria vsq; ad difinitiuaꝫ: licꝫ funct⁹ fuerit officio suo iudex delegat⁹ per prolationē sentencie diffinitiue.

¶ Jtē an habet locuꝫ scđm decretum in aragonia. et dic ꝙ nō sed post annū in personali/ petitur ꝙ res distrahat ⁊ de precio satisfiat aut ꝙ detur res in solutuꝫ: parte tn̄ citata/ si hꝫ rōes contra hoc. Jn reali vero non est necessariuꝫ/ quia retinet possessionē: ⁊ facit fructus suos.

¶ Jtē nota ꝙ de consuetudine regni: iudex debet scđm ꝙ inuenerit in ꝓcessu iudicare: nec debꝫ stare dicto notarij/ dato ꝙ faceret fideꝫ de aliquo actu iudiciario: puta si diceret / ego teneo ad partē iuramēta testiū/ et tradidi obliuioni/ ⁊ dimisi ꝙ ea insereꝛeꝫ in ꝓcessu vel similia: certe iudex nō debet stare dicto ei⁹: sed soluꝫ ꝓcessui/ ⁊ scđm eū iudicare. ſꝫ nūq̇d poterit per iudicē appellatiōis reparari. dic ꝙ non: quia iudex appellatiōis/ nichil nui debꝫ admittere: sed soluꝫ ex actitatis in ꝓcessu cause principalis pronūciare confirmādo vel informando secunduꝫ consuetudinem regni.

De lege aquilia tertius liber.



Ena accipiētis marem ouium: hec est: reddere bonuꝫ marem cum to ouibus quot impregna uerit illo anno cuꝫ iuramēto pastoris. e. ti. c. j.

¶ Qui arborē fructiferam absciderit preter volūtatem dn̄i. penā habet. sexaginta solidorū. e. ti. c. ij. ⁊ de arbor. inciden. Si quis. Pena vero bestiarij grossi qui damnum in fructib⁹ fecerit/ hec est. ꝑ quolibet capite duodeciꝫ denarios. Jtē bestiarij minuti. ꝑ quolibꝫ capite q̄tuor denarios. e. ti. c. Si quis in-

uenerit: et tñ hec calonia habet locum vsq ad centum capita.

¶ Qui vadit post bestiã/ damnuz qd bestia fecerit emẽdabit cũ calonia/ nisi dixerit ayhec/vel ayhec simile verbũ.e. ti.de homie De damno dato a canib⁹ et in canib⁹ ab aliis bestiis/ de lege aq̃lia per totuz. Et si q̃dru.pauper.fe.di. per totum.

¶ Pena militis qui rapinis inheret/ hec est q deponitur a militia scdm cõditionez.e.ti.Conditor. De hac materia pleni⁹ dicitur infra de re militari.

¶ Itez si fideiussor creditori pro debitore soluerit. recupabit dãnum duplatum/de pig.cũ aliq̃s miserit/et de fideiusso.quicũq in primo. Eodem modo videtur faciendũ anteq soluat si fuerit pignoratus fideiussor/de pignor. cum aliquis homo.

¶ Itẽ dãnum datũ in astiludio/emẽdatur/vt cauet de astiludio.c.i.τ.ij.

¶ Itẽ qui captiuis fugiẽtib⁹ ducatũ prestiterit.emẽdabit eos dño suo/ de lege aquilia quicũq sarracenos.

¶ Itez qui extraxerit palũ de parrali. soluat sexaginta solos de arboribus incedeñ.c.de palo.

¶ Item guerrãtes si se dãnificauerint cõtra formã traditã de cõfirmatiõe pacis.soluent damna duplicata. de pacis (statutuz.

¶ Itẽ dñi τ officiales/τ hoies villa⁊ in q̃bus res furata deducetur.tenẽtur emẽdare rem illaz de suo ppri o:nisi iurauerint dñm rei ad recuperandũ illã/de confir.pace/ in nomie dñi/ vbi sunt multe pene cõtra malefactores/ collige ibi. Qui parabit cepos in mõte/ nisi soluerit eos post monitionem ei factã ab illo q̃ vult venari.emendabit damnuz quod sustinuit venator in equis et canib⁹/de venatorib⁹.c.ij.

¶ Itẽ si moleudinũ se colat, soluet qd amittet/de riuis τ molẽdinis.c.de molendinis. Qui alteri⁹ fregerit molendinuz.infra triginta dies reficiet/et sexaginta.ß.soluet/ de riuis et molendinis quicũq. Pena vero dantis venenatã potionez est/ si morit inde.morit τ qui dedit: alias traditur ei vt faciat ex ipso quicq̃d vult/de veneficis.c.j.

¶ Itẽ inuasor viarũ publicarũ. mille solos soluet/τ dãna restituet/de inuasor.via.publi.c.j.

¶ Itẽ qui in ptectionib⁹ dñi regis dãnum dederit/emãdabit τ cũ corpe τ diuiciis/regis misericordie subiacebit:de inuasor.rega.proptec.c.j. Nota qd qui consentit:eandẽ penã habet.e.ti.c. quicunq sarracenos.

¶ Si q̃drupes pauperiem fecisse dicatur.

SI vna bestia interfecerit aliam. domin⁹ bestie interficiẽtis debet bestiam mortuam emendare: vel dare bestiam interfectricem.

¶ Si ganatũ alicui⁹ intrauerit vineã vel ortũ alteri⁹/et agat ad calonia z.nõ adiudicaret calonia/ nisi pro centuz capitib⁹ dato q pl̃es intrassent: quia põt agi ad damnũ datuz:quia in duplo vel plus posset ascẽdere calonia q damnũ et pro duab⁹ vicib⁹ solum etiam si plus (intrauerit.

¶ Vinyogalarij τ messegari tenẽtur emendare dãnuz factũ in vineis τ messib⁹/si salariũ recipiunt a dño pro messegantia vl' vinygalaria.

¶ De arborib⁹ incidendis.

SI quis dixerit quod fuerit arbores abscise:et dixerit qd vult stare iuramento vinyaderij τ probare per eum/ stabitur dicto ipsius per iuramẽtum quod fecit/sed si hoc nõ fecerit sed suam fecerit petitionem simpliciter/ et

ipsa petitio fuerit negata. Non statur in hoc casu dicto vinyaderij: si produceret eum ad probandum, ymo habebit abscisio probari per testes.

¶ Item nota q̄ pro scisione vitis non est certa pena de fuero/nec de obseruātia: sed ad arbitrium punit iudex. sed si de nocte abscindit multas vites maliciose, potest puniri vt nocturnus depopulator agrorum.

¶ Item si bestia occiderit hominem. merinus nō debet facere demandā: sed pro certo debet recipere eam.

De consortibus eiusdē rei.

Nota q̄ si plures sunt germani/ non potest aliquis ex ipsis cōdere testamentū antequā diuidant de parte quam ipsum continget habere de bonis: sic nec alienare: nec alij germani tenentur soluere debita ipsius.

¶ Item nota q̄ si pater vēdidit bona que ipse acquisiuit titulo oneroso vel lucratiuo alias q̄ ex successione parētū vel cōsanguineorum nō possūt fratres vel filij / vel alij habere ea p̄textu p̄rimitatis tanquā auolorij vel patrimonij.

¶ Item forus qui loquitur / q̄ frater non potest alienare: vel obligare bona patrimonialia alteri. intelligitur de bonis que secundū forum diuidi possunt. alia vero q̄ cōmode diuidi non possunt vt furnus et similia. bene possunt obligari vel alienari.

¶ Itē licet forus dicat q̄ diuisio inter fratres debet fieri cū publico instrumēto et fidātia saluitatis: tamē de consuetudine est inductū / q̄ si fratres diuiserint hereditates inter se: et quilibz receperit et tenuerit partē suā diuisam per decem annos sine instrumento & fidantia saluitatis. valet diuisio si p̄bari potest q̄ erant omnes presentes/ & q̄libet possidebat in facie alterius: intantum q̄ si vnus fratrum mortuus fuerit potest ordinare de sua medietate vel alias in vita/vel in morte: nec accrescet pars sua alteri fratri ac si esset facta diuisio/ secundum forum.

¶ Item si fratres possident vnaz rem indiuisam / et vnus fratrum mortuus fuerit. potest ordinare de sua medietate: vel alias in vita/vel in morte: nec accrescet pars sua alteri fratri ac si esset facta diuisio secundum forum.

¶ Itē si fratres possident vnā rem indiuisaz & vnus fratrū mortuus fuerit ante diuisionē pars sua accrescit alteri fratri q̄ est in sorte cū eo: nec pro illa parte tenebitur ad soluēdū debita fratris: cū illam partē no habeat iure hereditatis sz beneficio fori/ vt filij habēt dotes matris & nō tenentur ad debita.

¶ Itē si vnus ex fratribus teneat bona sua et aliorū fratrum pro indiuiso/ et tenuerit per longum tēpus/ et infra dictum tempus lucratus fuerit aliqua non poterūt alij fratres petere partem illorum bonorum que frater lucratus est: sed tantum partē eos contingentem in bonis cōmunibus que teneat frater: & non id qd lucratus fuit vel lucrari potuit cum parte eos contingente.

¶ Item si aliquis vendiderit aliquā hereditatem de patrimonio. ille qui emit non potest eā alienare infra dies quos consanguinei habent: ad offerendum precium: et si fecerit cōsanguineus qui voluerit rem recuparare poterit agere contra eum: non obstāte q̄ eam alienauerit: nec poterit se defendere dicēdo q̄ eam in alium alienauit.

¶ Item de venditionibus factis per curiam, non habet locum sacca de consuetudine regni.

¶ Item licet forus dicat q̄ si partitio inter fratres sit facta sine carta vsq3 ad

tertiam vicem possunt resilire: non tamen possunt/si vnus ex fratribus mortuus est: licet sit facta sine carta.

¶ Item pone duo fratres habent hereditatem indiuisam: vnus ex istis non facta diuisione mortuus est ab intestato relicto vno filio legittimo queritur quis in partem succedit defuncti frater vel filius. dic quod filius.

¶ Sed pone retentis eisdem terminis quod duo fratres habēt indiuisam hereditatem: et vnus decedit ante factam diuisionem/ et cōdidit testamentū: et in suo testamento filie sue reliquit duas ptes partis sue quā habebat in illa hereditate indiuisa: et tertiā partem legat alicui extraneo: ille legatarius petit illā tertiam partem a filio defuncti/que diuisit iam cum auūculo: dicit filia quod ei non tenetur/quia tēpore quo pater eius legauit sibi illā tertiam partem/nondū diuisa erat hereditas inter ipsum et fratē suum cū quo habebat hereditatem cōmunē et sic non potuit ordinare/ et eius ordinatio fuit et est nulla per hanc causam ymo beneficio fori pertinet ad me dicta hereditas: replicat legatarius/ non nocet michi/ quia illud excipe nō prodest tibi quia hec exceptio cōpetebat et competit fratri partis tantū: quia ipse non potest legare/ vēdere/vel alienare/hoc est in fauorē illius cum quo habebat cōmunē hereditatem/a quo nichil petit. Fuit determinatum: quod bene dicebat filia/quod nullo modo poterat ordinare ante factam diuisionē in extraneos: sed in filios sic quomodo voluerit.

¶ Item de consuetudine regni et fori etiā est/quod vbi duo vel tres fratres/ aut plures nō diuidunt bona paterna/ vel alias puenietia ex successione parētum vel consanguineorum: et in vita sua aliqs vel eorum maior pars contractus aliquos fecerit/bona indiuisa obligando vel de eis alienando/vel alias iniurias aliquibus faziēdo/vel cōmittendo propter que bona indiuisa quantum ad partē eius/vel aliquorū eorum tangit videntur remanere obligata. certe si vnus vel plures eorum premoriātur bonis non diuisis/omnia bona remanēt supstiti: nec tenetur superstes in aliquo ad debita vel iniurias mortui: cum ratione illorum bonorū eis prouenientiū pro indiuiso non poterat de eis aliquid ordinare in vita/nec in morte: nisi pmo essent diuisa: et ideo caueat quis cum talibus contrahere vel contractus inire.

¶ Item sicut quando fratres habent hereditatē indiuisam/ vnus eorum non potest alienare partē suam alteri. ita similiter est in nepotibus/si mortuo fratre patris eorum/nepotes possident dictas hereditates indiuisas: quia non pūt per fratres superstites alienari nec per eos donec diuise fuerint.

¶ Item nota quod si filius qui est heres in bonis patris/ alienat bona mortuo patre/q̄ bona a patre iure successionis habuit/antequam bona emparentur a creditoribus patris. extunc nec filius/ nec ille qui bona possidet iure alienationis per filium ei facte/ creditori nec alii ex causa patris non tenetur.

¶ Si vero vis ne consanguineus venditoris recuperet a te rem vēditam beneficio fori/ vt bona auolorii. fiat instrumentū cambii sed si probetur quod contractus venditionis precessit: non valebit: permutatio: ymo extrahet eam dictus consanguineus vt bona auolorii

¶ Finium regundorum.

Nota quod si açutum antiquitus fuerit constructum in terminis alicuius loci/et postea fuerit destructum.

iterum potest construi contradictione alicuius non obstante: etiam si non habeant titulum constructionis: alias si non fuerit constructum antiquitus nō potest de nouo construi / sine voluntate domini illius termini.

¶ Item si questio fuerit inter vicinos super domibus / vel sup̱ hereditatibus vel damnis ꝓuenientibus ab vna hereditate in aliā. petas a iudice ꝙ mittat duos legales homines / qui iurent et videant clamum: et quicquid ipsi iudicauerint: ꝙ iudex confirmet.

¶ Item nota ꝙ licet de foro inquisitio sit prohibita vt supra titu. de testi. cap̄. nulla / ⁊ infra in generali priuilegio in principio: tamen fallit in casu diuisiōis terminorū vt hic. Item in calonia homicidij / que per famam leuatur. Itē infancionia / de quibus omnibus dominus rex vel ab eo deputati inquiriēdo cognoscunt.

¶ Mandati liber quartus.



[D]E consuetudine regni non habemus ratihabitationē in iudicijs nec ī arbitrijs sed gesta p̱ vxorē in iudicio possūt haberi rata p̱ eius virū.

¶ De consuetudine regni si quis accusetur de preda / furto vel alio maleficio / ⁊ aliquis infantio dicat / ꝙ de mādato suo fecit. talis antoria non valet: sicut quilibet alius qui non esset infantio talem antoriam facere non valeret

¶ Comodati.

SEcūdū regni cōsuetudinem homo pro deposito vel comanda: bene potest per iudicem capi in persona: etiam si specialiter non se obliget. et si non potest reddere depositum / vel comandam. Traditur illi a quo depositū recepit captus: et ille potest tenere eum captum / quousq̃ ei depositum reddat tamen tenetur ei prouidere sic / ꝙ nec fame / nec siti / nec frigore moratur et iusticia aut dominus loci non tenetur eū tenere captum.

¶ Locati et conducti.

PRo loguerio domorum vel tributo / nisi soluerit ad terminum potes petere a iudice extra iudiciū ꝙ mittat baiulum qui claudat hostium ⁊ det ei clauem: secus si fuerit logerium sine carta vel fidantia: quia tūc non potest petere sine citatione.

¶ De deposito.

SI quis voluerit pecuniā offerri alicui pro aliquo facto in qua eidem teneatur / et ille eam recipere recuset. no sufficit offerre: nisi ipsa pecunia in posse iudicis deponatur.

¶ Item in deposito nō habet locum prescriptio viginti annorum.

De emptione et venditione.

NOta ꝙ si aliqua bona vendantur per curiam ad instantiam alicuius: et anteq̃ preconizatio perficiatur / aliquis se opponat iure crediti nichilominus fiet venditio iuxta forum: saluo iure super precio. Si tamen oppositio fiat iure domini. supersedebitur in venditione / donec cognitum fuerit de iure opponentis: scias ꝙ opponens tenetur statim titulum de iure suo ostēdere / vt eius oppositio impedimentū afferat aliquale.

¶ Item non venduntur bona principalis debitoris per creditorem seu per iudicem ad eius instantiam / vbi est ali

qua tenentia specialiter obligata / donec creditor trãsiuerit p tenẽtiã specialẽ: si hoc petat seu opponat debitor.

¶ Itẽ si aliquis inueniat rem mobilẽ furatam in posse alterius: et ille penes quẽ inuenitur / dicat ꝙ recepit eam in pignore / sed nescit quis eã impignorauit sibi. tenetur restituere rem / nõ data seu restituta aliqua quãtitate per quã dicitur fuisse obligata: nec obstat forus qui dicit / ꝙ debet restituere medietatẽ precij: quia ille for⁹ loquitur in illo qui rem furataꝫ asserit se emisse sed dicit se non cognoscere illũ a quo emit: ⁊ est ratio diuersitatis quare secus in vno casu ⁊ secus in alio: quia quotidie q̃s emit res mobiles in mercato et in alijs locis nec curat alias vendentem cognoscere quia nõ habet ei rem restituere: sed sec⁹ in pignore / quia habet illi qui rem impignorauit rẽ restituere ⁊ debet cognoscere illũ qui rem sibi impignorauit / ad hoc vt certus sit cui debet rem restituere: ⁊ sic nõ creditur ei ꝙ non cognoscit illuꝫ: quare rem restituet sine precio vt est dictũ. Nota ꝙ facta venditione alicuius rei. incontinẽti emptor fingitur dñs rei empte ⁊ potest per se intrare possessionẽ illam / sine voluntate vendẽtis facto tamẽ instrumento venditionis ⁊ non põt venditor alij illã rem vendere in preiudiciũ primi emptoris.

¶ Si aliq̃s emerit aliquid / et dederit aliquid ꝓ senyal ⁊ paga nõ põt vẽdi duplando el senyal. Sed si pro senyal tãtũ potest vendi duplãdo el senyal.

¶ Item homines villarum baronum non possunt hereditates suas vendere infantionibus. Et si vendant. tenẽtur infantiones pro illis peytare.

¶ Item si res aliqua vendatur et preconizetur ad instãtiam alicuius: et postea appareat ꝙ sit primo alteri obligata: vel alius habet ius in ea. Debet ille cuius res illa que preconizabatur erat aliam rem suam ponere in loco illius / et non fiet iterum de nouo de re illa preconizatio: sed incipietur in illo statu in quo dimissum fuerit in re prima. Et si in almonetis fuit dimissum. fiet almoneta de secunda re / et non preconizabitur alias. Et si forte facta venditione rei executate / rei precium: non sufficiat ad debitum: si fiat executio pro residuo in alijs bonis obligati: non seruabitur in eorum vẽditione solemnitas fori.

¶ Item si aliquis vendiderit vel obligauerit rem alteri obligatam vel venditam: nisi soluerit secundo creditori / quod mutuauit eidem: vel rem habere fecerit secundo emptori / vel composuerit cum eo. potest capi. Et si secundus creditor vel emptor voluerit eum tenere captum quousq; satisfecerit secundo creditori vel emptori: potest.

¶ Seruitus acquisita vinee vel fundo transit ad emptorem: etiam si de ea nichil dictum sit.

¶ Trabes videntur tradite ex quo signantur per emtorem: vel nomine eius signautur.

¶ Si quis vendet alteri aliquam rem et emptor se promisit daturum preciuꝫ ad certam diem / et nõ dederit: si nõ habet vnde soluat / capietur persona quecunq; sit: siue villanus: siue infantio: similiter qui recepit pecuniam ꝓ aliqua redãda / et nõ poterit dare rem / nec precium restituere / capietur.

¶ De pactis inter emptorem et venditorem.

In aragonia quilibet potest resilire a venditione / solutis quinq;. ß. vt in capi. j. huius tituli quod sic intelligitur / si conuẽtum est super vẽditione

et sit facta venditio sine traditione/ et si ne carta/ et sine arra / et sine cursore. Si tamen cum carta esset facta. translatũ esset dominum in emptorem/et nõ pos set aliqua partium resilire / secundum ꝙ non potest si venditio sit facta cum carta/et cursore mediante:alias secus. Nam in aragone in contractibus habitis cum carta/etiam sine tradictione transfertur dominuz. Idem si sit facta traditio rei vendite: etiam si aliquis de casibus predictis non interuenerit nõ potest resilire.

De iure emphiteotico.

Consuetudo regni habet ꝙ si q̃s tenet ad tributum sub pena commissi/licet pena commissi locum habeat propter cessationez tributi. Nõ propter hoc excusatur solutio tributi debiti illius temporis quo cessatum extitit vel preteriti si cessauit.

¶ Sepe contingit ꝙ homo dat ad laborandum ad medias vel alio quocunꝙ modo hereditatẽ suã cum publico instrumento consignatã et cõfrontatam et sub certis conditionibus ad certuz tẽpus inter eos constitutuz: dicti exarici infra illud tempus nõ possunt: nec debent dimittere hereditatẽ illam/donec tempus inter eos in instrumẽto super his confecto sit cõpletum cõtiuue/ et si forte dimitunt illam hereditatẽ. debẽt compelli ad laborandũ/ scd̃m ꝙ se obligarunt aut ad reficiendũ omne dãnũz domino hereditatis/quod cõtigit euenisse ratione predicta.

De fideiussoribus.

Timur ꝙ fideiussor non tenetur saluare rem pro qua fideiussit nisi reus sit in possessione. Si vero in instrumento continetur/ꝙ fideiussor faciat habere et tenere rem : si nunꝙ habuit possessionem rei. Tenetur fideiussor eã facere habere. sed si semel habuisset possessionem et dimitteret non teneretur iterum facere habere.

¶ Item obseruatur secundum vsum aragonum/ꝙ mulieres vidue possunt se constituere fideiussores in contractibus:et talis fideiussio tenebit.

¶ Item in manu creditoris est agere contra fidantiã vel contra principalem Sed si cõtra fidantiam. petet diem de acuerdo:et decẽ pro cartis/ pro antore et si debitor nõ soluerit soluet fidãtia.

¶ Si quis vendiderit hereditatem vel aliquam aliam rem. potest se constituere fidantiam saluitatis illius rei. Sed donator alicuius rei immobilis. nõ potest esse fideiussor per se ipsuz donantẽ: quia in donatione/vnus debet esse donator/et alius fideiussor.

¶ Si quis se constituit in iudicio fideiussorem iuris pro alio: si postea sit condemnatus ille pro quo fideiussit/ciuiliter/si ille reus non habet bona/ vel bona illa non sufficiant. mandabitur sentencia in bonis fideiussoris executioni Sciendum tamen est:ꝙ si aliquis se cõstituit fideiussorem iuris in iudicio pro aliquo/si condempnatus fuerit ad soluendum aliquid: si postea dixerit se nõ habere bona. Bene compellitur ad iurandum ꝙ non habet bona/ et renunciare bonis/et preconizatur sed fideiussor constitutus in contractibus nõ cõpellitur iurare ꝙ nõ habet bona / nec renunciare bonis:nec preconizabitur/ secundum forum.

¶ Si lis fuerit contestata per negationem/et reus dederit fidantiaz iuris in vocem negantis. similiter poterit mandari sentẽtia executioni in bonis talis fideiussoris sic dati:vel in bonis illius/ fideiussoris iuris qui primo fuit datus

in principio cause. Si vero lis contestatur per negatiuam tantum/et non dederit fidantiam iuris in vocem negantis. talis fidantia in principio cause data non tenetur/ nisi ad caloniā negatiue tantum/si talis est negatiua q̄ caloniā inducat: puta quia est causa iniuriarum: vel quia agitur de calonia.

¶ Item si aliquis fuerit incartatus ꝑ aliquo crimine/et capiatur anteq̄ firmauerit de stando iuri. Captus faciet ius: nec liberabitur a captione super iurisfidantia. si vero per se veniat ad iudicium/ ⁊ offerat iuris fidantiam. admittetur anteq̄ capiatur.

¶ Item si aliquis fuerit fideiussor pro aliquo pignorato: vel cuius bona sunt emparata. nō est liberatus tradēdo vel presentando iudici personam: pro qua fideiussit: nisi tradiderit pignus vel bona emparata quamq̄ dsemparata fuerint ratione fidantie: ⁊ postea alienata in eundem statū restituerit quo erāt tēpore desamparamēti facti: ratio est/ qr ratione fidātiarie sue/ fuerūt bona sua desempata/et pignora restituta.

¶ Itē de quocūq̄ crimine quis accusetur: nisi fuerit manifestū per cōfessionem: vel per instrumētū: habet locum iuris fidātia: vl' capleuator: sed receptis testibus etiā ante publicationē si iudex viderit q̄ probent ꝑsonā ipsius retinere potest: nec tenetur eaȝ dare sub iuris fidantia vel capleuatorib⁹ donec causa iudicialiter fuerit diffinita

¶ Itē q̄uis in pluribus foris dicatur q̄ fidantia debet dari infantiona: ⁊ in aliis q̄ debȝ dari fidātia q̄ faciat ignē ⁊ habeat pignora viua. nō seruatur de consuetudine: qr sufficit q̄libet ydone⁹ fideiussor/ q̄uis non habeat predicta/ licet etiā sit villan⁹: dumtū in facultatibus ydoneus fuerit: ⁊ dicitur ydoneus qui habet hereditatē sufficiētē in villa vbi petita est hereditas ad quē agitur.

¶ Itē fideiussor contractus. nō tenet cedere bonis sicut principalis: nec tenetur assignare bona sicut principalis

¶ Itē fideiussor qui fideiubet pro aliquo qui criminaliter est accusat⁹: si nō presentet eum. Potest compelli ad cōsignandum bona/et renunciādum bonis: licet alius fideiussor contractus nō teneatur nec compelli possit.

¶ Item nota q̄ vbi vnus dicit se esse in possessione alicuius rei/ et firmauerit de directo sup sua possessione: si altera pars venit et dicit se possidere/et firmat d directo super sua possessione. tūc fidātia iuris neutri parti est admittenda: sed debet iudici vtriq̄ parti probatio super probanda possessione: ⁊ illius que melius ꝑbauerit vltimo possidere recipietur fidantia iuris: ⁊ inhibebitur alteri parti ne ipm turbet in sua possessione donec causa proprietatis fuerit diffinitiua sentētia terminata: alias si anteq̄ constaret de possessione/alteri partium fieret inhibitio prescisa: cum vtraq̄ dicat se possidere talis inhibitio saperet sentētiam diffinitiuam: quod nullo modo est faciendum

¶ De consuetudine regni si aliquis firmauerit de directo super possessione alicuius rei/et obtineat litteras inhibitorias: cum si quas causas: que littere presentantur alteri parti: si altera pars solum offerat rationes absq̄ iurisfirma et faciat aliquos actus contra inhibitionem. Potest accusari de fratione inhibitionis.

¶ Secus si offerat iurisfirmam cōtrariam quia tunc lite pendente nō potest accusari de fractione inhibitionis.

¶ Nota q̄ si reus siue sit vniuersitas/ siue alius sit cōtumax siue ante litē con

testatam/siue post. Tenetur cauere de estando iuri: et de purgando contumaciam rationibus vel expensis.

¶ Itē nota q si petatur caueri in vocem negātis tātū. sufficit q bona principalis obliget procurator ꝛ hoc si habꝫ qꝛ nō est obligat⁹ nisi ad caloniā sexaginta solorū. si tn̄ petatur caueri de directo in vocem negātis: licꝫ p̄dicta obligatio sufficiat quo ad negatiuā nō tn̄ sufficit quo ad illā de stando iuri: ymo fideiussor dādus est: qꝛ forte nō est de ciuitate: vel nō fuit cautū ab initio: qꝛ ad totam causam remanet obligatus.

¶ De foro et vsu regni non habet locū fidantia iuris sup debito manifesto: vt pote cum carta. veruntamen si carta illa de falso arguatur: quia infra annuꝫ: et diem aduerari debet scd̄m forū iudex dabit pignora capta adcapleuandū durante adueratione: ꝛ facta aduerati ōe cessabit capleuta/et restituētur pignora curie iudicis pignorantis.

¶ Itē nota q fideiussor cōtract⁹ simpliciter obligat⁹. nō pōt capi in psona si nō habꝫ bona: nec etiā tenetur facere cessionē bonorū: sed capiūtur bona ei⁹ si ea creditor ostēderit: nisi forte se constituerit pricipalē fideiussorē in instrumento: vel nisi se obligasset habere bona expedita tūc enim capitur psona in defectum bonoruꝫ. fideiussor aūt curie qui alias vocatur fideiussor iuris. non capitur in persona in defectu bonoruꝫ: sꝫ tenetur cedere bonis suis ꝛ preconizabitur ꝛ si cedere noluerit. tn̄ capietur in (persona.

¶ De vsu regni infidelis nō datur sup iuris fidātia: nec ad capleuandū nisi iudex voluerit: nec seruatur sibi forus nec priuilegiū aliqđ fori et ratio est qꝛ xp̄iani tantū interueniūt in celebratione curiaꝝ principiū ꝛ nō infideles ꝛ xp̄ianis concedūtur fori ꝛ priuilegia/et non aliis: nisi vbi expresse de eis cauetur. In hiis vero qui contra ip̄os faciunt et in fauorem xp̄ianorum / seruantur fori et priuilegia.

¶ De consuetudine regni super re ratione alfarde pignorata nō habet locū fidantia iuris: sicut nec in debito manifesto: nisi forte pignorat⁹ negaret se habere hereditatē in illo termino de quo alfarda illa petitur: tunc enim rōne dubii/pignus datur ad capleuanduꝫ/donec constet de cōtrario: quo constito cōdemnatur pignoratus in calonia scd̄m forū: et soluit ip̄am alfardam.

¶ Item nota q scd̄m consuetudinē regni fidātia iuris solū habet locū in immobilibus: in mobilibus vero / nunq̄ habet locū fidātia iuris soluꝫ: nisi adiiciatur de manifesto tenendo.

¶ Fideiussor iurisfirme super captione psone. tenetur representare principalem psonaliter ad audiēdū petitionem criminalem/ quā ille qui contra quem firmauit: vult cōtra eū offerre: quod si nō facit. pōt puniri predict⁹ fideiussor arbitrarie in bonis: sed nō in psona.

¶ Nota q si cōtra aliquem offeratur aliqua petitio criminalis/ et aliquis p eo fideiusserit super contentis in petitione/de stando et parendo iuri ꝛc. ꝛ firma iuris admittatur accusato. semper iste fideiussor remanet obligatus vsq ad sentenciam diffinitiue inclusiue. Si autem firma iuris repulsa fuerit accusato per iudicem: tunc fideiussor non remanet obligatus.

¶ Nota q si agat criminaliter contra aliquē ꝛ dederit fidātiā iuris si malefactor recesserit. fidātia nō pōt puniri corpaliter sed cōdēnabitur ciuilit ad arbitriū iudicis si nō soluerit/ nec bonis cesserit capietur / ꝛ detenebit captus sine corpis lesione/donec affidātiatū repre=

sentauerit/vel soluerit id in quo fuit cō (dēnatus.
¶ Itē in debitis manife- stis per instrumēta vel aliter. nō debēt reddi pignora per iurisfidantiā: nec est ibi calonia si transnocte/sed debēt pignora poni in manu cursoris publice vt vendātur/ & de ꝑcio satisfiat cōquerēti.

¶ Item nota ꝙ in negatiua iuris vel facti/ qd quis dicit se nescire. nō debet firmari / qꝛ nulla est calonia. sed in negatiua de facto/ semꝑ debet firmari ex vtraqꝫ parte/sed nō cōpellitur ad soluē dū quousqꝫ causa transeat in rem iudicatā. Cuius calonie due partes erunt principalis/si est infantio. & tercia erit dñi regis. et si nō est infantio. duas partes rex habet/et principalis vnam.

¶ Itē nota ꝙ fidantia nō pōt habere recursuz ad debitorē / quousqꝫ soluerit pro eo/postꝙ soluerit & habeat cartā de pleyto. pōt habere recursum ad debitorē/vel ad tenentiā de riedra/ & debet integrari ad tātaz ꝗtitatē/ꝗtam soluit & in dānis & expensis in duplum.

¶ Fidantia de cruce dicitur qui habet bona sufficientia.

¶ Si fidantia pignoratur ꝑpter debitum manifestū. & habꝫ recursum ad autorem/ interim nō redduntur pignora dū causa tractetur/sed iudex poterit ea sequestrare ne deterioretur pignus.

¶ Si iudicatū fuerit cōtra fidantiā cōtractus ꝙ soluat/ et nō habet bona nō capietur ꝑsona/ ꝫ creditor pōt agere si vult cōtra debitorē. Quāuis fidātia renūciauerit triginta diebus pro autore. nichilominus iudex debet assignare tēpus ad arbitriū suū/vt denūciet ne perdat ius quod habet contra eum.

¶ Si fideiussor soluerit/ et habeat cartā de pleyto. in cōtumatiā debitoris dabit la crida vel la entrega de bonis mobilibus si sint alias de īmobilibus.

¶ De donationibus.

Obseruatur ꝙ parentes dare pñt filio quando contrahit matrimonium secundum vsum aragonum/plures hereditates/vel plura bona/ & valebit illud donum: et hoc non obstante habebit partem in alijs bonis parentum/nec tenetur facere collationē suo casu cum alijs fratribus.

¶ Itē obseruatur ꝙ si parentes dederint vni ex filijs plures hereditates /et non habuerint alia bona parentes vbi partē suā alij filij possint cōsequi: si illi filij voluerint impugnare dictā donationem/pñt. sed aliqͥs alius tertius: nō potest illā donationē impugnare neqꝫ creditor ꝗ nō hꝫ specialē obligationē.

¶ Itē obseruatur ꝙ si parentes dederint bona sua filio suo etiam impuberi talis donatio valꝫ: nisi illa bona essent specialiť obligata per parētes: vel etiaꝫ emparata ad instantiā creditoꝝ

¶ Nota etiam ꝙ si vxor dat oīa bona marito/ & ambo viuūt cū eis. nō obstāte tali donatiōe marit⁹ peytari⁹ peytabit pro eis/ licꝫ vxor infantiona existat quia ꝑsumitur esse facta in fraudē dñi (regis.
¶ Itē scđm vsum regni aragonū/vxor pōt dare inter viuos: vel in testamēto dimittere bona sua/viro suo vel partē bonorū suorū absqꝫ ꝑximoꝝ cōsensu: et similiter vir/sue vxori.

¶ Item in donatione rerū immobiliū est de substantia cōtractus ꝙ detur fidantia saluitatis a cōtrahentib⁹: alias non valet. In alijs vero contractibus. nō est de substantia: & ideo ꝗuis nō detur fidantia/valet contractus.

¶ Itē donatio causa mortis non pōt reuocari/sicut donatio inter viuos/ ex penitētia: dumtñ in ea sit data fidātia saluitatis: quia sic requiriť in donatiōe

hereditatis q debet dari fidantia salui tatis: qa alias non valeret: et sic intelligit de omni donatiōe siue inter viuos/ siue alias fuerit facta: cū forus non distinguat: exceptis donationib9 de qb9 fit mentio in foro: et sic ex quo fidantia data est valz: nec pōt reuocari: sicut nec alia: quia oīa seruata sunt q̄ for9 reqrit.

¶ Item in integra illius partis q̄ pater dedit filio vel filie in dotez potest alteri filio facere plura dona: matre etiaz inuita 7 potest plura facere dona/ duz dat axouarium filie.

¶ Item si pater fecerit donationez filio de pluribus reb9 sedentibus: qd est contra for̄ de donationibus.c.j. 7 creditores patris agāt contra filium: 7 excipiat fili9 de donatione predicta: si creditores excipiant contra dictā donationem/ dicēdo illam inofficiosam/ 7 contra forū p̄dictum factaz. creditores nō sunt audiendi: nec admittēdi ad exceptionē 7 impugnationē talis donatiōis quia ad hoc admittunt/ solū fratres illi9 donatarij. scōm vsuz regni/ qui agerent de iure ꝓprio: non de iure tercij.

¶ Item nota q si aliquis legat/ vl' donat alicui aliquā rez hoc modo lego vel dono tibi et tuis filijs. non intelligit q quilibet filior̄ post mortē p̄ris/ p̄dictā rem successiue habeat ac si disiūctim legasset. et si forte aliqs iustorū in conditiōe p̄dicte rei sub qua forma est dimissa deficiat. est p̄iudiciū generatū omnibus q̄ debent habere jus in illa re.

¶ Item si ille idē qui donat/ ꝓ illa donatiōe q̄ fecit/ seipm cōstituat fidantiam saluitatis. nō valet illa donacio.

¶ Pater vel mater supstes potest dare filio vel filie cōmunib9 in casamēto/ et non alias de bonis suis et coniugis mortui/ vnuz vel plura dona mobilia/ vel immobilia tanti valoris parū plus vel min9 q̄ntuz ambo coniuges dederant alteri filio vel filie in casamēto in quo ipm collocauerāt: dumtū tantum parū plus vl' min9 remaneat de bonis cōmunibus/ qd possit dari in casamento cuilibz ex filijs vel filiab9 remanentibus/ q̄ matrimoniū nō contraxerūt.

¶ Item q̄uis aliquis oīa bona sua generaliter obligauerit: nichilomin9 pōt omnia bona sua donare: et valet talis donatio vel alienatio post illaz generalem obligationez facta: nisi pri9 illa bona fisco fuerint annotata: aut empata vel specialiter obligata scōz consuetudi(nē regni.

¶ Item si vox villana dat omnia bona sua marito īfantiōi et ambo viuant in eis. nō obstante tali donatione maritus peytabit pro eis.

¶ Item nota q de cōsuetudīe regni/ statim confecto instro sup donatiōe vl' venditiōe testibus 7 fidātia roborato/ trāsfert dominiū ī dōatariū: etiā si realiter et de facto res nō fuerit tradita donatario. Et si post donationē donator res donatas teneat 7 possideat. nō p̄iudicabit in aliquo donatario.

¶ Nota q perpetrato maleficio quis potest facere donationē vel alienatiōz de oībus bonis suis: ante tū quā sit emparata bona/ vel annotata: et valet talis alienatio: nisi in casib9 in qbus ipo facto quis amittit bona sua.

¶ Parētes in vita sua vel in morte possunt donare filijs omnia bona cū carta: vel cuilibz partez suam: 7 valebit: et non tenebunt in debitis patris.

¶ Item donatio causa mortis reuocari non potest de foro: 7 sic est necessaria in ea fidantia saluitatis/ sicut in donatione inter viuos: qr forus de donationibus loquit generaliter 7 sic intelligit in quacūqz donatione.

¶ Nota qd si qs anteq̄ cōtrahat ma-

trimonii fecerit donationem alicui de oib⁹ bonis suis habitis ⁊ habēdis. talis donatio nō pōt postea preiudicare vxori: nec extēdi ad ptē bonoꝝ vxoris.

¶ Nota qḋ si vir cōstāte matrimonio fecerit donationez de bonis suis mobilibus/⁊ illa penes se retinuerit. nō valet talis donatio nisi in parte viro pertinēte: et non in parte vxoris.

¶ De solutionibus.

SI quis promiserit soluere alicui certā pecunie q̄ntitatē certo termino: ⁊ si non soluerit tenere hostagia: et nō soluerit/⁊ tenuerit hostagia secūdum obseruantiā regni dū hostagia tenuerit non cōpellitur ad soluendū: nisi aliud habuerit forma contracta.

De jure dotiū liber quintus.



Nota ꝙ de consuetudine regni vxor potest transferre in virū/sicut in extraneum bona sua mobilia et immobilia/q̄ non sunt dotes vel axouariū: dotes aut oxouariū nō potest trāsferre in virū: nisi juxta formā fori de cōtractib⁹ coniugū. verūtn̄ mobilia de quib⁹ facta esset talis trāslatio q̄ supsunt post mortē alteri⁹ coniugū veniunt in diuisione.

¶ Nota ꝙ de cōsuetudīe regni est/qḋ mortuo altero cōiuguz oīa q̄ superstes expendidit/nō veniūt ī diuisiōe: nisi esset factū inuentariū de bonis mobilib⁹

¶ Item ex quo instr̄m dotiuz est. filij mortua matre: possūt petere dotes matris: ꝙ assignent̄ eis licet non fuissent assignate in ipō instr̄o specificatim.

¶ Item nota ꝙ barones q̄ndo dotāt vxores in trib⁹ hereditatib⁹ in genere: intelligit̄ de trib⁹ castris/vel villis/vel de toto hereditamēto qḋ habeāt ī vno loco vel in diuersis. sed milites ⁊ infantiōes q̄ndo dotant vxores in tribus hereditatib⁹ in genere. intelligit̄ in tribus campis vel vineis vel domibus: vel in vna domo vinea vel campo: tamē si miles vel infantio habēt vnā almuniā vel turrim censet̄ vna hereditas cū toto hereditamēto adiūcto illi almunie vl'tur:

¶ Item de cōsuetudīe regni filij (ri. non possunt petere dotes matris premortue: nisi post mortem pr̄is/qui eas assignauit: siue pater cōtrahat cū alia.

¶ Itez vsus est in arago (siue nō. nia: ꝙ q̄cito viduitas finit̄ illi ad quos ꝓprietas rerū pertinet/occupant illas res/siue fuerint culte/siue non/cuz fructibus sine refusione expensarum.

¶ Item mortuo altero coniuguz tempore quo fruct⁹ apparent. spondalarij defuncti: si testamentū condidit: vel parentes defuncti ab intestato/medietatem illoꝝ fructuū habebūt: eo quia cū expensis vtriusqꝫ cōiugum hereditates culte fuerūt. Secus si fruct⁹ non appareant: tamē habebūt medietatē opeꝝ/si agri sunt operati et culti.

¶ Item si ꝓpter crimē bona viri dn̄o regi fuerint cōfiscata. vxor eius non debet amittere viduitatē: nec dotes suas nec alia jura sua: et ita fuit judicatū in causa vxoris Martini de oliet: cuius martini bona fuerunt ipso facto confiscata dn̄o regi/ꝓ eo quia idē martinus fuit in bello cōtra eū cū dn̄o Frederico rege Sicilie: quod q̄dē bellū habuit in

¶ Sciendum est ꝙ licet for⁹ (mari. dicat ꝙ pro homicidio vel maleficio. viri vxor non debet amittere jura sua. est tamē de consuetudine seu vsu regni/ꝙ vxor non tenebit viduitatē in bonis viri sui/quin dn̄s rex habeat homicidiū/sed tn̄ vxor habere debet medietatē bo-

niorũ mobiliũ/et sedentiũ lucratorum/ et sua auantagia.

¶ Item si aliq̃d datũ fuerit ad violariũ viro ⁊ vxori ad temp⁹: altero coniugum mortuo. supstes non debet in illo violario inq̃tũ tangit partẽ mortui viduitatem tenere: sed transit ad heredes premortui. et si aliqd violariũ fuerit datum viro tantũ viuente vxore: mortua ipa heredes vxoris non habebũt aliq̃d in ipo violario: nisi in fructib⁹ qui apparebant quando vxor decessit.

¶ Item obseruat᷑ q̄ si vxor mortuo viro vult tenere viduitatẽ in castris/ que fuerunt viri sui: q̄ debet cauere per bonos fideiussores/ q̄ finita viduitate illa castra reuertant᷑ ad heredes viri absq̄ aliq̃ obligatiõe facta p eam. et econtra si vir vult tenere viduitatẽ in castro vxoris. debet cauere p bonos fideiussores/ q̄ finita viduitate castra reuertantur ad parẽtes vxoris sine aliq̃ obligatione p euz facta. In alijs vero bonis/ castris/villis/et locis. vidu⁹ vel vidua/ nõ tenet᷑ pstare cautionẽ aliquam.

¶ Itez obseruatur q̄ si vir edificat domus in platea/vxoris/ vel meliorat domos vxoris: vel plantat vineaz in campo vxoris. vir debet habere q̃rtam partem rei opate vel plantate: vel medietatem extimatiõis operũ/vel plãtatiõis. idẽ est in vxore: ⁊ in scalijs/ aut in alijs melioramẽtis/habet q̃libz medietatez (suaz.

¶ Itẽ obseruat᷑ q̄ si vir mortua vxore: tenet cõcubinam. non pp̄ter hoc amittit viduitatem/sicut facit vxor que manifeste fornicationem tenet.

¶ Item si sponsus vel sponsa moriat᷑: superstes nõ potest nec debet tenere viduitatem in bonis sponsi vel sponse defuncte: nisi eam forte carnaliter cognouerit: tñ si missaz audiuissent/ licet carnaliter non cognouisset. vxor superstes debet tenere viduitatem.

¶ Si vir et vxor maritauerint aliquos filios vel filias/ ⁊ dederint eis vel ei axouarium q̃ndo contraxit matrimoniũ: postea mortuo altero coniugũ supstes bene poterit maritare filiũ vel filiaz/ q̄ remansit ad coniugãduz: ⁊ dare in axouario vel causa matrimõij de bonis cõmunibus quãtum vir et vxor dederant alijs quãdo matrimoniũ cõtraxerunt: vel aliquid plus vel minus.

¶ Item vxor tenet᷑ soluere debita ⁊ iniurias / vel desemparare bona p̄ debitis cõtractis p virũ: sed est distinctio in hoc/q̃a p̄ debitis cõtractis ante matrimoniũ/tenet᷑ desempare: non deducta vita: sed p̄ alijs contractis post matrimoniuz. nõ tenet᷑ desemparare si ex eis bonis que remanẽt viuere non posset: et sic tenet᷑ in hoc casu deducta vita desemparare. sec⁹ est in legatis pijs nam si vxor bona mobilia q̄ fuerunt viri sui nõ teneat: non tenet᷑ legata soluere: nec desempare bona sedentia: sed possunt vendi saluo iure viduitatis.

¶ Item pater vel mater supstes si bona defuncti inter fratres remanẽt indiuisa. potest dare anteq̄ fiat diuisio/ filijs de mobili ⁊ sedenti in diuisis/qd sibi visum fuerit in matrimõio qd cõtraxit licet aliqui supsint qui nondũ cõtraxerint: ⁊ si non fecerit diffinimentum qui cõtraxit: diuidet nichilonimus bona q̄ remanent indiuisa cũ alijs fratrib⁹: q̃a non habem⁹ de foro collationẽ bonoꝝ sec⁹ si diffiniuerit/q̃a tunc nõ habet locum jus succedenti vel diuidendi / aut partẽ petẽdi cũ alijs fratrib⁹ id qd sup(est.

¶ Item vidua si fruct⁹ pendentes emparatos anni i quo nati sunt in fundo vel in vinea mariti pceperit. satisfaciat creditorib⁹ de eisdẽ: sec⁹ si eos iam recondidit anteq̄ emparentur.

¶ Item ꝑpter germanitatẽ factaz inter virum et vxorem. supstes non amittit viduitatẽ: nisi expresse renũciet eidẽ

¶ Itez vxor non potest facere diffinimentũ per se sine marito / de ijs que añ matrimoniũ cõtractũ sibi debebãtur.

¶ Itez si aliq̃ hereditas daẜ sub certo tributo viro ⁊ vxori vsq; ad certuz tempus. id habeẜ loco rei mobilis: intãtuz ꝙ si vxor infra tempus dicte attributatiõis decesserit. nõ tenebit ibi maritus viduitatẽ: ymo dicta hereditas ꝑ medium vt mobilis diuideẜ: ⁊ habebit maritus medietatẽ: et heredes vxoris aliam medietatẽ: ⁊ econtra si marit⁹ decedat.

¶ Item marit⁹ teneẜ diuidere oĩa bona mobilia q̃ inueniunẜ tempe diuisionis: nõ illa q̃ fuerũt tempe mortis vxoris: nisi factũ fuerit inuentariũ / iurando ꝙ non apartauit aliq̃d de dictis bonis in fraudem.

¶ Itẽ si contractis spõsalib⁹ inter virũ et vxorẽ / maritus emerit aliq̃s hereditates vl' alia bona ante solẽnisationẽ matrimonij in facie ecclesie / aut carnali copula cõsumatũ: vxor nõ potest consequi partem in illis bonis.

¶ Itẽ non valet alienatio facta ꝑ maritũ de bonis mobilib⁹ in ꝑiudiciũ vxoris cuz est infirm⁹ / si ex illa decedat infirmitate: q̃uis alias cũ est san⁹ possit aliẽare: cũ domin⁹ sit et administrator reꝝ mobiliũ. Tamẽ si cuz est sanus donationẽ fecerit / ⁊ penes se bona donata retinuerit: licet de foro alias ꝑ instrumẽtum trãsferaẜ dominiũ ⁊ possessio / veruntñ in casu isto non valet talis donatio: nisi in parte viri.

¶ Item maritus nõ potest dare vel vẽdere in vita sua bona mobilia vxori: et si dederit vel vendiderit. nõ valet donatio vel alienatio: quoniã dato ꝙ donata vel vẽdita sint: redeũt in administrationẽ mariti: ⁊ maritus est dñs / et põt alienare ea: secus si maritus dederit vel vendiderit immobilia: q2 tũc valet donatio vel venditio: perindea c si ab alio (esset facta.

¶ Item vir immobilia in quib⁹ vxor debet habere viduitatem potest alienare: sed remanet jus saluuz vxori / ꝙ in eis possit tenere viduitatẽ / si talis casus euenerit: nisi alienatio sit facta de voluntate vxoris.

¶ Itez viro absente vxor administrat tenet ⁊ regit bona viri: nisi ipe aliuz ad predicta specialẽ fecerit procuratorem.

¶ Itez si aliq̃ bona mobilia vel sedentia sunt empta ꝑ virũ / ⁊ vir moriẜ non dum de precio satisfacto. vxor debet soluere medietatez p̃cij / si vult habere medietatem bonorum.

¶ Item si certũ possit esse et ꝓbari qđ marit⁹ pecuniã quã mutuo recepit / vl' bladũ vel aliam rẽ / expendidit in necessarijs domus in comedendo vel bibendo vel alias: qđ ꝯsumiẜ: si vir nõ fuerit mal⁹ administrator. mortuo viro vxor soluet ꝑtem illi⁹ debiti: dato ꝙ cum viro non fuerit obligata.

¶ Itẽ si vir duxerit aliq̃ causaz petendo aliq̃ debita: si vxor vult habere ꝑtẽ / debet soluere medietatẽ expẽsaꝝ factarũ in dicta causa: sec⁹ est alias / quia regulariter non teneẜ: nisi fuerit obliga- (ta cũ viro.

¶ Itẽ si aliq̃ res mobil' fuerit obligata per virum: mortuo viro vxor teneẜ soluere medietatez debiti: licet nõ fuerit obligata / si vult illius rei mobilis habere medietatẽ: alias nichil (habebit.

¶ Itẽ vxor nõ potest petere debitũ ꝙ ei debebaẜ: nisi cuz cõsensu viri: cũ ipe sit dñs ⁊ administrator rerũ mobiliuz: et si egerit non valet: nisi maritus ratum habuerit: ⁊ in tali casu valet ratihabitio: quia in illo casu nõ habet locũ obseruãtia que dicit / ꝙ ratiha

bitio locum non habet in judiciis.

¶ Si legatuȝ pecunie relinquatᷣ vxori. maritꝰ habet jus in illo legato/ videliȝ medietateȝ: quia est mobilis: ⁊ in aliis debitis q̄ debentᷣ vxori: et poterit petere illud legatū maritus/ etiaȝ in vita et reclamāte vxore: medietatem ratiōe sue partis q̄ habet: ⁊ medietatē ratiōe administratiōis q̄ habet: cuȝ maritus sit dn̄s ⁊ administrator reꝝ mobiliū ⁊ ita est jus sibi acq̄sitū in illa medietate ratiōe administratiōis: ⁊ ita etiam potest petere ꝓprietateȝ rei immobilis ratiōe viduitatis/ q̄ in ea habet tenere/ et sic seruatᷣ in q̄cūq; alia re mobili et immobili: licet non sit legata/ si ꝓprietas ptineat ad vxoreȝ ex quacūq; causa/ quia maritus eaȝ poterit vēdicare: etiā post mortē vxoris: licet eā nō possiderit constante matrimonio inter eos: et sic est idem in vxore.

¶ Item vxor ante ptem extrahit mulam de caualgar: sed nō muluȝ nec rocinū: q̄r feminū nō cōcepit masculinū.

¶ Item mulier etiaȝ nō vidua potest fideiubere de foro.

¶ Itē si infantio cōtraxerit cum villana ꝓ mobili. non peytabit maritꝰ: licet vxor habeat medietatē: nec ꝓ illo q̄d exibit de bonis vxoris: quia dn̄s est et administrator bonoꝝ mobiliū. Sed peytabit ꝓ bonis sedentibꝰ vxoris villane. Sed filii ex ea ꝓcreati. non peytabunt mortua matre pro eis.

